




DISSJUR

1

ULB Düsseldorf



+1371 410 01



E
METI
CO

BREMENS
JU

COMM

AD ILLUSTRA

UNA CU

F R A

Ord. S. Benedicti i
Historia Imperii H
episcopali et
publico e

E

Die V

CAROLUS

Eminentissimi et

JURUM HISTO

typis Joan. Frid.

DE
ECCLESIAE
METROPOLITANÆ
COLONIENSIS
IN
BREMENSEM OLIM SUFFRAGANEAM
JURE METROPOLITICO PRIMITIVO
COMMENTATIO HISTORICA.

AD ILLUSTRANDAM RIPUARIAM CAROLINGICAM.

Q U A M
UNA CUM THESIBUS ADJUNCTIS
P R A E S I D E
F R A N C I S C O C R A M E R,

Ord. S. Benedicti in Abbatia Branweilerensi Professo, U. J. Doctore,
Historiae Imperii Romano-Germanici et Rei Diplomaticæ in Archi-
episcopali et Electorali Bonnensti Universitate Professore
publico et ord., Facultatis Juridicæ h. t. Decano.

E R U D I T O R U M C R I S I
Die VI. Junii Anno MDCCXCII.

P U B L I C E S U B M I T T I T
C A R O L U S L I B E R B A R O D A I X B O N N E N S I S ,

Eminentissimi et Serenissimi Archiepiscopi ac Principis Electoris
Coloniensis Ephebus,

JURUM HISTORIAE, ET REI DIPLOMATICÆ AUDITOR.

B O N N A E ,
typis Joan. Frid. ABSHOVEN, Universitatis Typographi, 1792.

Diss. Jur. I

EMINENTISSIMO AC SERENISSIMO
DOMINO DOMINO
MAXIMILIANO FRANCISCO,
SANCTÆ ECCLESIE COLONIENSIS
ARCHI-EPISCOPO,
S. R. I. PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO
ET PRINCIPI ELECTORI,
SACRÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO,
REGIO HUNGARIAE ET BOHEMIAE PRINCIPI,
ARCHIDUCI AUSRIÆ,
BURGUNDIÆ ET LOTHARINGIÆ DUCI,
MAGNI MAGISTERII IN BORUSSIA ADMINISTRATORI,
ORDINIS TEUTONICI IN ALEMANNIA ET ITALIA
SUPREMO MAGISTRO,
EPISCOPO ET PRINCIPI MONASTERIENSI,
WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ DUCI &c. &c.

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO

HOC STUDII HISTORICI PATRII SPECIMEN

SUMMA REVERENTIA

DICANT CONSECRANT

PRÆSES ET DEFENDENS.

OCCASIO SCRIBENDI.

Inter cæteras, quas Capitulationi Cæsareæ, ab augustissimæ memoriae Imperatore Romanorum LEOPOLDO II. anno MDCCXC. die coronationis suæ primæ, mensis Octobris quartâ, solemnî sacramento firmatæ insertas legimus, accelerationes primo mox aspectui se obtulit Articuli primi paragaphus secundus in hæc verba extensus:

Insonderheit wollen Wir die Erz- und Bischöfe bei dem biss-her ruhig besessenen Umsange ihrer Erz- und Bisthümer, so wie ihrer Metropolitan- und Diözesangerechtsame, dort, wo ihr Jus Dioceſanum und ihre geiſtliche Gerichtsbarkeit durch den Westphälischen Frieden nicht suspendirt iſt, erhalten.

Perpendentibus itaque hæc nobis cum plura Dicecesium variis occasionibus vel imminutarum vel à pristino suo Episcopo penitus abstractarum exempla in antiquiori Sæculorum à novissimis remotiorum Historiâ, cum Francicâ, tūm Germanicâ occurrerent; cumqüe obversaretur animo, quām ægrè semper tulerint, quantumque renisi sint Summi animarum Pastores, si in commissorum sibi fidelium gregein alienum involare vel intrudi Pastorem contingeret: si ovium suarum vel divisionem vel totalem à regimine suo Pastorali avulsionem videre, easque alieni Pastoris curæ relinquere cogerentur; anctiorem hunc Capitulationis Cæsareæ articulum, electo præ cæteris ex Historiâ Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis, cuius Suffraganea quondam Bremensis erat, exemplo illustrare judicavimus opportunum.

CAROLUM
xoniam
densis, Sei-
densis, Bre-
lati, & M-
quidam, &
& MEINDE-
nobis supp-
graphoru-
revocare
fundamen-
GENSIS (d)
jacta fuſſe
maximi ta-
ta Sancti A-
ro perdomit
De singulis
mensis diffe-

(a) De Wei-
(b) In Noti-
(c) De Stato
(d) In Chro-
Brunswic
(e) In Actis
num. 18.
(f) Confer.
und Raus



§. I.

Episcopatum in Saxoniam inferiori Origo.

CAROLUM MAGNUM Francorum Regem Episcopatum in Saxoniam inferiori constitutorum, videlicet *Osnabrugensis*, *Mindenensis*, *Seligenstadiensis*, postea *Halberstadiensis* nuncupati, *Verdensis*, *Bremenensis*, *Paderbornensis*, *Elzensis*, *Hildesium* postea *translati*, & *Monasteriensis*, primum fuisse fundatorem, licet pauci quidam, ac nominatim **GRYPHIANDER** (a), **WINCKELMANN** (b) & **MEINDERS** (c) negare velint, nihilo tamen minus, cum tot nobis suppetant Scriptorum veterum, Annalistarum & Biographorum id afferentium testimonia, ne in dubium quidem revocare possumus, prima saltem prædictorum Episcopatum fundamenta, non quidem in *und die*, ut **DITMARUS MERSEBURGENSIS** (d) scribit, sed diversis annorum intervallis à CAROLO jaeta fuisse. Unicum hic nobis sufficit, generale quidein, sed maximi tamen ponderis testimonium Sancti REMBERTI, in vita Sancti ANSCHARII (e), ubi scribit „*Carolum omnem Saxoniam ferro perdomitam, & jugo Christi subditam per Episcopatus divisisse* (f)“ De singulis agere non est præsentis instituti, cum solus Bremensis dissertationis nostræ objectum sit.

§. II.

(a) De Weichbildis Saxonici cap. 29. pag. 102.

(b) In Notitiâ Historico-politicâ veteris Saxo-Westphaliæ lib. III. cap. 5.

(c) De Statu Religionis & Reipublicæ sub Carolo & Ludovico Pio pag. 267.

(d) In Chronico Lib. VII. propè finem. apud LEIBNITII Scriptores rerum Brunswicensium Tom. I. pag. 48.

(e) In Actis Sanctorum BOLLANDIANIS ad diem tertiam Februarii. Cap. V. num. 18. pag. 413.

(f) Confer HAHN vollständige Einleitung zu der deutschen Staats-Reichs- und Kaiser Historie. Erster Theil, erstes Kapitel. §. 21.

§. II.

Et præcipue Episcopatus Bremensis.

Primum Ecclesiæ Bremensis Episcopum à CAROLO no-
minatum fuisse sanctum WILLEHADUM, de gente Anglorum ex
Northumbriis presbyterum, antea per plures annos Evange-
lico ministerio apud Friesios ubere fructu persunctum (g), do-
cet nos sanctus ANSCHARIUS, in vitâ Sancti WILLEHADI (h)
Sic scribens „cum omnia pacifica viderentur, & sub leni jugo Chri-
sti Saxonum ferocia, licet coatta jam mitescerent colla; memora-
tus præcellentissimus Princeps (CAROLUS) in Wormatiâ positus ci-
vitate, Servum Dei Willehadum consecrari fecit Episcopum tertio
Idus Julii, constituitque eum Pastorem atque Rectorem super Wig-
modiam & Laras & Rurstri, & Asterga, nec non Nordendi ac
Wange: ut inibi auctoritate Episcopali & præfesset populis,
& uti cœperat, doctrinâ salutari operibusque eximiis Speculator
desuper intentus prodesse studeret. Sicque ipse primus in eadem
Diœcesi sedem obtinuit Pontificalem. Quod tamen id tamdiu pro-
longatum fuerat, quia gens credulitati divinæ resistens, cum Pres-
byteros aliquoties secum manere vix compulsa fineret, Episcopali
auctoritate minime regi patiebatur. Hac itaque de causâ septem
annis prius in eadem Presbyter est demoratus Parochiâ; vocatus
tamen Episcopus, & secundum quod poterat, cunctâ potestate Præ-
sidentis ordinans —. Et infra: „Perceptâ consecratione Pontificati
ædificavit quoque domum Dei miræ pulchritudinis, in lo-
co qui dicitur BREMA, ubi & Sedem esse constituit Episcopalem,
ac dedicavit eam, Kalendas Novembris, die Dominico, in hono-
rem Domini nostri Jesu Christi, sub invocatione sancti Petri Apo-
stoli“. Quibus verbis annis ordinationis WILLEHADI, & con-
sequenter fundationis Episcopatus Bremensis, disertè quidem
non exprimitur; sed cum ANSCHARIUS eum in Episcopatu annis
duobus, mensibus tribus, diebus viginti & sex mansisse, ac demum

sextō

(g) MABILLON. in Annalibus Benedictinis Tom II. Lib. XXIV. n. 32. ad
ann. 772.

(h) Apud MABILLONIUM in Sæculo Benedictino tertio.

— — —

sexto Idus Novembris, die Dominico, in Christo requieuisse afferat, dies autem octava Novembris, vitae ejus ultima, anno DCCLXXXIX. in Dominicam inciderit, optimè concludunt Carolus LE COINT (i, MABILLONIUS (k), & PAGIUS (l), WILLEHADUM die XIII. mensis Julii anno DCCLXXXVII. Bremensis Ecclesiæ Episcopum fuisse consecratum. Ad quem annum etiam ejus ordinatio à CHRONOGRAPHO MOISIACENSI (m) referatur, & CAROLUS Rex ab itinere romano Wormatiā, ubi ordinatio peracta fuit, venisse à REGINONE PRUMIENSI (n) perehabetur: quamvis dies XIII. Julii, quā ordinatus fuit, eo anno non in Dominicam, quā Episcoporum consecratio alias celebrari solebat, sed in feriam sextam inciderit.

§. III.

Primi Diœesis Bremensis limites.

In superiori ANSCHARII narratione antiqui Diœcessis Bremensis limites quidem designantur; sed quia obscuriora parumque cognita sunt antiqua pagorum vocabula, paulo explicatiorem eorum descriptionem hisce adjungimus. Pagus WIGMODIAE ultra Visurgim situs, ejusque caput Brema erat dexteræ Visurgis ripæ adsidens (o). Pagus LARAS, sive Laragoa, & Laring cis Visurgim situs, hodiernum orientalis Frisiae comitatum ex parte (p), vel ut WINCKELMANNUS (q) scribit

(i) In Annalibus Ecclesiasticis Francorum Tom. VI. ad annum 787. num. 13.
& ad annum 789. n. 178. & 179.

(k) In Annalibus Benedictinis Tom. II. Lib. 25. num. 62. ad annum 787.

(l) In Criticâ Annalium BARONII Tom. III. ad annum 788. n. 8. & 9.
& ad annum 789. num. 10.

(m) Apud DU CHESNE Scriptores rerum Francicarum Tom. III.

(n) Apud PISTORII Scriptores rerum Germanicarum Tom. I.

(o) Confer. CHRONICON GOTTWICENSE pag. 856.

(p) Ita Carolus COINTIUS in Annal. Ecclesiast. Francor. Tom. VI. ad ann. num. 788. num. 15.

(q) In Notitiâ Historico-politicâ veteris Saxo-Westphaliæ lib. II. cap. 6.
num. 43.

4

bit modernum comitatum Delmenhorstanum complectitur (r). **RUISTRI**, *Rustringia*, pagus olim amplissimus, totam occidentalem Visurgis ripam usque ad falso mare comprehendens, non tantum intra Jadam & Visurgim conclusus, sed ultra Jadam & Madam in orientali Frisiâ extensus erat. Hodie Jadâ fluvio duas in partes dividitur; ex quo accolae Cisjadiani & Transjadani dicuntur. Qui cis Jadam habitant, vetus *Rustringorum* nomen retinent. Qui trans Jadam, *Butjadingos*, & *Statlandos* appellant. Pertinebat olim inā cum pago **ASTERGA**, *Ostringen*, & **WANGE**, *Wangerland*, ad territorium **Neveranum** Comitibus Oldenburgicis subjectum, quod hodie ab ortu Jada, à Septentrione oceano, ab occasu ditione Wittmundanâ, à meridie **Goedensi** & præfecturâ Friedburgensi terminatur (s). **NORDENDI**, *Nordgoa*, pagus, qui à civitate *Norden* in orientali Frisiâ ad oceanum septentrionalem denominationem hausit, in quo etiam *Arla*, *Nessa*, & *Dornum* sitae sunt (t).

§. IV.

Observationes in Caroli Magni diploma de fundatione Ecclesiæ Bremensis.

ADAMUS *Bremensis* Ecclesiæ anno MLXXVII. canonicus in suâ Historiâ Hammaburgensis Ecclesiæ (u) exhibet diploma CAROLI, quo Rex *Bremensis* Ecclesiæ fundationem confirmat, & primos Dioecesis limites exactius designat: cuius etiam diplomatis exemplar ex præcepto Regis in *Bremensi Ecclesiâ servari* Auctor ipse testatur. In eo diplomate postquam

de

(r) Confer. *CHRONICON GOTTWICENSE* lib. IV. pag. 654. Et GRUPEN *origines Germaniae zweyter Theit.* obseruat. IV. Cap. V. §. 1. 2. & 3. ubi ampliorem pagorum *Winodi* & *Laergo* descriptionem exhibet.

(s) WINCKELMANN citat lib. II. Cap. 5. *CHRONICON GOTTWICENSE* cit. pag. 551—747— & 842.

(t) *CHRONICON GOTTWICENSE* citat. pag. 718.

(u) Lib. I. Cap. 9. in *LINDENBROGII* scriptoribus rerum septentrionalium. pag. 4.

de subjugatione Saxonum differuissest Rex, sic porrò prosequitur: „Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum
 „more in Provinciam redigentes; & inter Episcopos certo
 „limite disternentes, septentrionalem illius partem, quæ
 „est piscium ubertate ditissima, & pecoribus alendis habetur
 „aptissima, pio Christo, & Apostolorum suorum Principi Pe-
 „tro pro gratiarum actione devotè obtulimus: sibique in
 „Wigmodia, in loco Bremon vocato, super fluvium Wirra-
 „ham, Ecclesiam & Episcopalem statuimus cathedram. Huic
 „parochiæ decem pagos subjecimus, quos etiam abjectis eo-
 „rum antiquis vocabulis & divisionibus, in duas redegimus
 „provincias, hiis appellantes nominibus, Wigmodiam &
 „Lorgoe, insuper ad præfatæ constructionem Ecclesiæ in
 „supradictis pagis LXX mansos cum suis colonis offerentes,
 „totius hujus parochiæ incolas, decimas suas Ecclesiæ, suo-
 „que Provisor fideliter persolvere hoc nostro majestatis præ-
 „cepto jubemus, donamus & confirmamus. Adhuc etiam &
 „summi Pontificis & universalis Papæ Adriani præcepto,
 „nec non & Moguntiacensis Episcopi Lullonis, omniumque
 „qui affuere, Pontificum consilio, eandem Bremensem Ec-
 „clesiam cum omnibus suis appendiciis Willehado probabilis
 „vitæ viro, coram Deo & sanctis ejus commisimus. Quem
 „etiam primum ejusdem Ecclesiæ III. Idus Julii consecrari
 „fecimus Episcopum, ut populis divini semina verbi secun-
 „dum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, & novel-
 „lam hanc Ecclesiam, canonico ordine, & monasteriali com-
 „petentiâ, utiliter instruendo, interim plantet & riget, quo-
 „usque precibus Sanctorum suorum exoratus, incrementum
 „det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir-
 „serenitati nostræ, eam quam diximus, Parochiam propter
 „barbarorum infestantium pericula seu varios eventus, qui
 „in eâ solent contingere, ad sustentacula five stipendia Dei
 „servorum inibi militantium Deo, minimè sufficere posse.
 „Quamobrem quia Dominus omnipotens in gente Fresonum,
 „sicut & Saxonum, ostium fidei aperuit, partem prænomi-
 „natæ regionis, videlicet Fresiæ, quæ contigua huic Paro-
 „chiae

„chiæ esse dignoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoque
 „Provisori Willehado Episcopo ejusque successoribus, per-
 „petualiter delegavimus retinendam. Et quia casus præte-
 „ritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non
 „optamus, aliquam sibi in eadem Diœcesi usurpet potesta-
 „tem, certo eam limite fecimus terminari“. Quibus mox
 subditur distincta fluviorum & paludum (*w*) limites constitu-
 entiam enumeratio, quam VETUS ADAMI Bremensis SCHO-
 LASTES aliquo modo illustrat hac notatione: „Fresia regio est
 „maritima, inaccessa inviis paludibus, habetque pagos XVII.
 „quorum tertia pars Bremensem respicit Episcopatum, hiis
 „distincta vocabulis: Ostraga, Rustringe, Wanga, Diesmeri,
 „Herloga, Nardi, atque Morseti. Et hii VII. pagi tenent
 „Ecclesiæ circiter L. Hanc Fresiæ partem dirimit à Saxo-
 „nia palus, quæ Walpinga dicitur, & Wirrahæ fluvii ostia.
 „A reliquâ Fresiâ palus Emisgoe terminat, & mare Oceanus.
 Quamvis ambigere nolimus, Diœcesin Bremensem tempore ADA-
 MI Bremensis canonici limitibus supra descriptis fuisse conclusam;
 ea tamen limitum dispositio & prima Bremensis Ecclesiæ
 fundatio ex isto diplomate Carolino non satis probatur, cum
 ejus fides vacillare videatur viris etiam rei diplomaticæ pe-
 ritissimis (*x*). Ac primo quidem singularis hæc in eo legitur
 inscriptio: *In nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi Ca-*
rolus divina ordinante providentiæ Rex Francorum. Deinde hæc
 in fine occurrit subscriptio: „Hildebaldus Archiepiscopus colo-
 niensis & sacri Palatii Capellanus recognovi —. Data II. Idus
 „Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXXVIII. Indictione
 „XII. anno autem regni Domini Caroli XXI. Aðum Palatio Ne-
 „metensi feliciter Amen“. Manifestum est, annum incarnationis
 hic adscriptum, & indictionem neque cum anno regni CA-
 ROLI vigesimo primo, neque etiam indictionem duodecimam
 cum anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo octogesi-
 mo

(*w*) Explicuit illos Carolus COINTIUS loco citato.

(*x*) Oppugnatores & quæ ac propugnatores diplomatici collegit BARINGIUS
 in Bibliothecā diplomaticā Sect. II. de bellis diplomaticis in germaniū.
 Cap. IV. quam clavi suæ diplomaticæ inseruit, pag. 30.

mo octavo convenire (y). Sed frustra etiam laboratur in conciliandis hisce characteribus chronologicis, cum MABILLONIUS in observationibus ad vitam S. WILLEHADI jam tum animadverterit (z), annum Incarnationis & Indictionem interpositam suisse ab Adamo, aut alio quopiam: id quod certissimum dicit COINTIUS, illis enim temporibus apud Francos in publicis instrumentis annus Incarnationis Dominicæ & Indictione non apponebantur: additque, tot menda multum elevare auctoritatem diplomatis. Atque idem MABILLONIUS de re diplomatica (a) licet valori contextus diplomatis nihil opponat, mendosum tamen illud censet ob additionem anni Incarnationis & Indictionis (b), aitque invocationem & inscriptionem confidas ad modum Ludovici Pii & Lotharii. Hanc posteriorem MABILLONII sententiam amplectitur etiam HEUMANNUS, relato Bremensi diplomate (c) sic inquiens: „At enim hujusmodi Caroli M. chartas idem, quod principium fallit, licet non damnamus: formulas tamen plerasque alienas eis longo post tempore vel praefixisse imperitos vel falsa prorsus supposuisse instrumenta existimamus. Quo circa, cum tabulae, quas imperator insolitis auspiciis fecit, labem ac vitium ægrè possint occultare; ab arbitrio notariorum formularum hanc varietatem proficisci negamus, eamque potius aliis accendentibus argumentis, falsi suspicione moveare perspicimus“. Haec falsi suspicio augetur ex eo, quod Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis & sacri Palatii Capellanus diploma recognovisse dicatur, qui tamen nullum aliud CAROLI seu Regis seu Imperatoris diploma, excepto hoc Bremensi, & alio adhuc magis suspecto Ferdensi, recogno-

(y) CAROLUS regnare coepit anno 768. post mortem patris PIPPINI, quæ accedit 24^a Septembbris. Indictione autem undecima cum anno 788. convenit.

(z) In saeculi Benedictini tertii anno 1672. editi parte II.

(a) Lib. II. cap. III. n. VII. pag. 72. ex editione anni 1681.

(b) Id ipsum repetit in Annalibus Benedictinis Tom. II. anno 1704. edito, Lib. XXIV. n. 5x. ad ann. 774.

(c) De re diplomatica Imperatorum. Tom. I. cap. II. §. 46. pag. 26.

cognovisse legitur. Et quamvis HILDEBALDUM ante annum septingentesimum nonagesimum primum, *Archiepiscopum* fuisse existimemus, *sacri Palatii Capellum* tamen dicere non audeamus, cum eâ dignitate tunc fungeretur ANGILRAMNUS Metensis Episcopus, 26tâ Octobris anno DCCXCI. defunctus (d). Augetur quoque suspicio ex eo, quod in diplomate *Mogontiacensis Episcopi* LULLONIS, vel LULLI tamquam viventis & consecrationi WILLEHADI Bremensis Episcopi præsentis mentio fiat, cum tamen LULLUS ex ANNALIUM FULDENSIVM (e), CHRONICI QUEDLINBURGENSIS (f), LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS, MARIANI SCOTI (g) & HERMANNI CONTRACTI (h) testimoniis iam anno DCCLXXXVI. esset defunctus. Adhuc alia quædam suspicionis argumenta adversus Bremensis diplomaticis authentiam opponit PFEFFINGERUS (i), quæ tanti non aestimamus.

§. V.

Ecclesia Bremenensis Metropolitanæ Colonienſi ſubjecca.

Si CAROLI Magni diploma, quod Henrieus WOLTERUS (k) primus in lucem edidit, & ex eo Albertus FABRICIUS (l) descripsit, genuinum fore, nullus dubitandi locus supereſte posſet,

(d) Id extra omne dubium ponit PAGIUS in *Criticâ Annal.* BARONII Tom. III. ad annum 791. num. 5.

(e) Apud FREHERI Scriptores rerum Germanicarum, curâ STRUVI recuſos, Tom. I. pag. 14.

(f) Apud LEIBNITHI Scriptores rerum Brunswicensium Tom. II. pag 276.

(g) Apud PISTORII Scriptores rerum Germanicarum. Tom. I. pag. 310. ex editione STRUVII.

(h) Apud EUNDEM ex editione CANISIANA.

(i) Ad VITRIARII Institutiones iuri publici Tom. I. Lib. I. Tit. II. pag. 225. columnâ I.

(k) In Chronicâ Bremenſi apud MEIBOMII Scriptores rerum Germanicarum Tom. II. pag. 22.

(l) In Auctario diplomatico Hamburgensium apud LINDBROGII Scriptores rerum Septentrionalium pag. 177.

set; quin Ec
erit Metropo
mate ſic loq
"xonum) ſe
"redigentes,
"dam aquilon
"diſſimile ejus
"vocato ſuper
"eleſiam & c
"eleſia Archi
"Episcopi
"gittur, ſuper
"iuinus Epis
"diſſimile. Se
legium, quo
Leonis Pap
nifis, ſed pr
diſſe ſe dicit
ni Bremeri
gatam, ſunt
ienſi Archi
ſi Ecclesiæ
dubitatum e
geniſi Eccle
ex antiquis
quo fundati
Colonienſi /
tamen temp
Mindenſem /
ſe; Ferden
derbornenſe
nem ab anti
interim à ve

(m) In H. 10
pg. 4.

set; quin Ecclesia Bremensis à primâ suâ origine subiecta fu-
erit Metropolitanæ Coloniensi. Quandoquidem in hoc diplo-
mate sic loqui inducitur CAROLUS: „Terram autem ipsorum (Sa-
„xorum) secundum antiquorum Romanorum morem in provincias
„redigentes, & in Episcopatus certo termino disternentes, quan-
„dam aquilonarem illius partem Domino nostro Jesu Christo & san-
„ctissimæ ejus genitrici obtulimus, & in loco PHARDUM (Ferden)
„vocato super ALERAM fluvium in pago, qui dicitur STURMI Ec-
„clesiam & cathedralm Episcopalem statuimus, & Maguntinensis Ec-
„clesiae Archiepiscopatui, interventu Lullonis illius metropolis Eccle-
„siæ Episcopi eam subjecimus. Aliam verò in loco qui BREMON di-
„citur, super WESSERAM fluvium, etiam nobiliorem cathedralm sta-
„tuimus Episcopalem & coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopatui subdi-
„dimus“. Sed purum putumque commentum est istud privi-
legium, quod non solum per consensum Papæ Adriani & postea
Leonis Papæ, nec non Archiepiscoporum Moguntinensis & Coloni-
ensis, sed præter hoc etiam de consilio alioqui nostri confessoris de-
disse se dicit, imò singitur CAROLUS. Verius igitur est ADA-
MI Bremensis testimonium, qui (m) Saxoniam à CAROLO subju-
gatam, simul in VIII. Episcopatus divisam, Moguntino & Colo-
niensi Archiepiscopis subiectam fuisse scribit: id quod de Bremen-
sis Ecclesiæ erga Metropolitanam Coloniensem subjectione in-
dubitatum est ex iis, quæ inferiùs de Bremensis & Hambar-
genis Ecclesiæ unione pleniùs differentur. Et quamvis
ex antiquis monumentis annus certus determinari nequeat,
quo fundati in Saxoniâ inferiori Episcopatus Moguntino &
Coloniensi Archiepiscopis fuerint subiecti; ex subsequentium
tamen temporum historiâ certum est, Ecclesiæ Bremensem,
Mindensem, Osnabrugensem & Monasteriensem, Colonien-
sis; Ferdensem verò, Halberstadiensem, Hildesiensem & Pa-
derbornensem, Moguntiacensis Archiepiscoporum Jurisdiccionem
ab antiquissimis retrò saeculis agnoscere. Non credimus
interim à vero nos aberrare multum, si post belli Saxonici,
quo

(m) In Historiâ Ecclesiastica Hamburg. Lib. I. cap. 8. apud eit. LINDEBROG.
pag. 4.

quo, teste EGINHARTO (n), nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosus suscepimus, ac per continuos triginta tres annos gestum est, finem, adeoque post annum DCCCHII. metropoliticam Moguntinæ & Colonensis Ecclesiarum auctoritatem in illos Episcopatus demum firmatam fuisse dicamus. Ad hunc enim annum POETA SAXO ANONYMUS (o) ita canit.

Nobilis hic annus longi certamina belli
 Tandem, Saxones inter Francosque peracti,
 Fermo perpetuae conclusit fædere pacis.
 Augustus pius ad sedem Saltz nomine dictam
 Venerat: hic omni Saxonum Nobilitate
 Collecta, simul has pacis leges inierunt,
 Ut toto penitus cultu rituque relido
 Gentili, quem daemonicæ prius arte colebant
 Decepti, post hæc fidei se subdere vellent
 Catholicæ, Christoque Deo servire per ævum.
 At verò censum Francorum Regibus ullum
 Solvere nec penitus deberent atque tributum,
 Cunctorum pariter statuit sententia concors,
 Sed tantum decimas divinæ lege statutas
 Offerrent, ac PRÆSULIBUS PARERE STUDERENT
 IPSORUMQUE SIMUL CLERO, qui dogmata sacra,
 Quique fidem Domino placitam vitamque doceret.
 Tum SUB JUDICIBUS, QUOS REX IMPONERET IPSIS,

LE-

(n) De vita & gestis Caroli Magni Cap. VII. apud REUBERI Scriptores rerum germanicarum, ex editione JOANNIS p. 13.

(o) Apud LEIBNITI Scriptores rerum Brunswickum. Tom. I. pag. 153. Confer. CAROLI COINTII Annales Ecclesiastici Francorum Tom. VII. ad annum 812. num. 66.

11

LEGATISQUE, suis permitti legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore.
Hoc sunt postremo sociati sedere Francis,
Ut gens & populus fieret concorditer unus.
AC SEMPER REGI PARENTES AEQUALITER UNI.

Quibus ex verbis colligimus, hac demum pace stabilita, Saxoniā uti in pagos sub judicib⁹ & Legatis à Rege impositis, ita in dioceſes sub præſulib⁹ ad ecclesiasticae politia normam fuisse distributam.

§. VI.

Willehadi in Episcopatu Bremensi primi successores.

Proximum sancto Willehado ex discipulis ejus Willericum in Bremensi Ecclesiā præfuisse, sedisseque usque ad annum Luthowies senioris penultimum, asseverat quidem ADAMUS Bremensis (p); verū an WILLEHADO defuncto statim fuerit suffectus WILLERICUS, adeoque federit annos quinquaginta, non ita certum est ipsimet ADAMO, eò quod in libro donationum sive traditionum Bremensis Ecclesiæ antiquo scriptum invenerit, ab anno XXXVII. Caroli usque ad annum XXV. Luthowici præsedisse Willericum, ex quo consequens est annis plusquam duodecim ab obitu WILLEHADI Bremensem Episcopatum vacasse. Quodsi ita sit, credi potest, (bene insert ADAMUS,) tanto tempore Bremensem Episcopatum cessasse,— quemadmodum & alios, propter novellam gentis „Saxonum conversionem, quæ nondum se episcopali ditione regi patiebatur: maximè cum nullis ferè annis à bello vacantibus, tandem „Saxones ita profligati legantur, ut ex his qui incolunt utrasque ri- „pas Albis fluminis, X millia hominum cum mulieribus & parvulis „in Franciam translati sint. Et hic est annus diuturni Saxonum „belli XXXIII, quem Francorum historici (q) ponunt memorabilem;

scili-

(p) Loco cit. cap. XI.

(q) EGINKARTUS loco cit. & in Annalibus ad annum 804. pag. 56. ibid.

, scilicet Caroli Imperatoris XXXVII (r). Obiit autem WILLERI-
CUS, inquit Historicus Bremensis (s), senex & plenus dierum
anno Domini DCCCXXXVII (imò DCCCXXXVIII.) qui est an-
nus Luthowici XXV. & penultimus.

Leudericus ordine tertius, sedet annos octo. Ejus annos cum pro-
certo scire non possumus, ex eodem libro traditionum capitulo LIX,
discimus & Willerici Diaconum fuisse, & sedisse usque ad Luthowici
junioris annum sextum, Christi igitur octogesimum quadragesimum
sextum. (t) Dececessit autem IX Kalendas Septembbris, & Ecclesia
diu viduata permanit (u).

§. VII.

Christianæ Religionis initia apud populos Transalbianos.

Postquam ex plenâ submissione Saxonum eorumque cum
Francis adunatione validissima imperio CAROLI incrementa
accessissent, minora utique obstacula Transalbianorum popu-
lorum subjugationi, paulò quoque minora eorum, quām an-
tea Saxonum, conversioni se opponebant, ab eo præsertim
tempore, quo CAROLUM inter & HEMMINGUM Danorum Re-
gem pax sancita, & Eidora fluvius regni Francici & Danici
terminus constitutus fuit (w) „CAROLUS itaque Hammaburg
„civitatem Nordalbingorum, exstruxit ibidem ecclesiā, Heridago cul-
„dam sancto viro, quem loci Episcopum designavit, ad regendum
„commisit . . . disponens eandem Hammaburgensem Ecclesiam cun-
„dis Sclavorum Danorumque gentibus Metropolim statuere. Verū
„hac in re ad perfectum ducendā & mors Heridagi presbyteri &
„occupatio regni Carolum Imperatorem ne desiderata compleret, im-
„pedi-

(r) Annos Christi, & Regum Francorum sèpè minus accurate computat
ADAMUS.

(s) Cap. 15.

(t) ADAMUS Bremensis Cap. 16.

(u) Idem Cap. 19.

(w) EGINHARTUS in Annalibns ad annum DCCCXI.

„pedivit“ (x). Unde post mortem patris Imperator Lotharius provinciam Transalbinam Bremensi & Ferdeusi Episcopis commendavit (y). Opportunior deinde convertendi Transalbinos occasio nata est ex ipsis intestinis Danorum principum de summâ rerum contendentium dissensionibus, qui Ludovici Imperatoris suppeditias implorabant. Quapropter Ebbo Remorum ab anno DCCCXVI. Archiepiscopus, „vir industriosus liberalibus disciplinis eruditus, patriâ Transrhenensis ac germanicus, Imperatoris, ut fertur, Ludovici collaudaneus & conscholasticus, anno DCCCXXIII. cum consilio Ludovici Imperatoris & auctoritate Paschalis Romani Pontificis (z), prædicandi gratia ad terminos usque Danorum accessit, ac multos ex eis ad fidem venientes baptizavit“ (a). Denique plus cæteris omnibus atque feliciter in conversione Saxonum Transalbianorum laboravit ANSCHARIUS monachus è Corbejâ gallicâ ad Saxoniam super fundatam missus. Hic HERIOLTO dein Regi è Daniâ expulso, Moguntiæque cum uxore & magnâ Danorum multitudine baptizato (b) datus à Ludovico Pro anno DCCCXXVI itineris coines, acceptâ ab HADEBOLDO, Coloniae tunc temporis venerando Antislite, compatiente eorum necessitatibus, navi optima, ubi sua reponerent, in qua erant duæ mansuicnlæ satis optimè præparatae (c), per Frisiæ profectus in Daniam, primù ibi multos exemplo & doctrinâ ad fidem convertit, pueros, quos christianis institutis informaret, comparavit; scholas publicas

ape-

(x) ADAMUS Bremensis cit. cap. II. REMBERTUS in vita Anscharii apud BOLLAND. cap. V. n. 18.

(y) ADAMUS Brem. cap. 12. & REMBERTUS cit.

(z) Decretum PASCHALIS Papæ recitat HENSCHENIUS in commentario prævio ad vitam S. Anscharii, §. XV. in actis Sanctorum Februarii Tom. I. pag. 404.

(a) FLODOARDUS in Historiâ Remensis Ecclesiæ Lib. II. cap. 19. EGINHARTUS in Annal. cit. ad annum DCCCXXIII.

(b) EGINHARTUS cit. ad annum DCCCXXVI. REMBERTUS in vita S. Anscharii cap. III. apud Bollandianos.

(c) REMBERTUS ibidem num. 13. pag. 411.

aperuit, quæ novæ Missionis seminarium extitere (d). Expleto apud Danos prædicationis biennio, novam cum WITMARO monacho suscepit legationem à Cæsare sibi injunctam ad Sueones, sive Suecos, christianæ Religionis suscipiendæ cupidos, eosque per dimidium annum primis Fidei christianæ rudimentis imbuit, plurimisque populis optato successu verbum salutis annuntiavit (e).

§. VIII.

Archiepiscopatus Hamburgensis fundatio.

Tam uberem laborum suorum fructum, & quod ostium fidei in illis partibus ad vocationem gentium patefactum fuerit, cum ANSCHARIUS retulisset Imperatori, hic „cognito patris sui voto, ne quid ejus studii imperfictum remaneret, una cum consensu Episcoporum ac plurimo Synodi conventu in præfata ultima Saxonice regione trans Albiam in civitate HAMMABURG Sedem constituit Archiepiscopalem, cui subjaceret universa Nordalbingorum Ecclesia, & ad quam pertinaret omnium regionum Aquilonalium potestas, ad constituentes Episcopos sive presbyteros, in illas partes pro Christi nomine destinandos. Ad hanc ergo Sedem ANSCHARIUM praeditus Imperator solenniter consecrari fecit Archiepiscopum per manus DROONIS Metensis Præfulis & summæ sanctæque Palatinæ dignitatis tunc Archicappellani, astantibus Archiepiscopis EBBONE, Remensi, HETTI Trevirenzi, & OTGARIO Moguntiacensi, una cum pluribus aliis in Conventu Imperii Præfulibus congregatis, assistentibus quoque & consentientibus ac pariter consecrantibus HILIN-GAUDO & WILDERICO Episcopis, a quibus jam dictas Parochiæ illius partes commendatas receperat“ (f).

„Et

(d) REMBERTUS ibidem num. 14.

(e) REMBERTUS ibidem cap. IV. In editione LAMBECII est cap. VIII. IX. & X. pag. 56. & 57. apud LINDEBROG.

(f) Sunt verba REMBERTI cap. V. cit. Hanc ANSCHARII Ordinationem anno DCCCXXXI, & quidem in Conventu Aquisgrani circa Kalendas Febru-

„Et ut hæc omnia perpetuum suæ stabilitatis retinerent vigorem, eum honorabiliter ad Sedem direxit Apostolicam, & per Missos suos venerabiles BERNOLDUM (Argentoratensem) & RATOLDUM (Sueffionensem) Episcopos, ac GEROLDUM illustrissimum cōmitem omnem hanc rationem sanctissimo Papæ GREGORIO intimari fecit confirmandam. Quod etiam ipse tam Decreti sui auctoritate, quam etiam Pallii datione, more prædecessorum suorum roboravit, atque ipsum in presentia constitutum Legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum sive Danorum, nec non est Selavorum, aliarumque in Aquilonis partibus gentium constitutarum una cum EBBONE Remensi Archiepiscopo, qui ipsam Legationem antea suscepserat, delegavit: & ante corpus & confessionem sancti Petri Apostoli publicam evangelizandi tribuit auctoritatem (g).

§. IX.

Hamburgensis civitatis devastatio.

Cursum felicem copti Archiepiscopatus fitit strages Hamburgi à piratis direpti exostique. „Nordmanni enim, qui anno DCCCXLV. in Fresid tribus præliis confixerant, in pri-

, mto

Februarii habito, peractam fuisse, contra Caroli COINTII ad annum DCCCXXXII. eam differentis, opinionem, benè probat PAGIUS in Criticâ Arnalium BARONII Tom. III. ad annum 831. n. 7. & seq. Annum 831. refutatis aliорum opinionibus admittit etiam Petrus LAMBECKIUS in Chronologiâ & Auctario rerum Hamburgensium apud LINDEBROGH Scriptores pag. 102.

(g) Idem REMBERTUS cap. V. num. 20. GREGORII IV. Bullam confirmationis integriorem ediderunt HENSCHENIUS in commentario prævio ad vitam S. ANSCHARII § XVII. & COINTIUS cit. an annum 830. n. 6. Qui etiam n. 7. sub'equente fines, quibus ANSCHARII Legatio circumscripta fuit, eruditè examinat. Idem præstat ad annum 834. num. 26. & sequentibus, ubi genuinum Ludovici Imperatoris diploma, à LAMBECIO antecitato pag. 103. editum, doctis observationibus illustrat. Notatu autem digna est hec Bullæ Pontificiæ inserta dispositio: „Confessionem verò succendentium Sacerdotum (Episcoporum) donec conferrantum numerus augetur ex gentibus, sacra Palatina providentius interimi committimus“.

1600

„mo quidem vieti, in secundis vero duobus superiores effecti magnam
 „hominum multitudinem prostraverunt. Castellum etiam in Saxonid
 „quod vocatur HAMMABURG populati nec iulti reversi sunt (h).
 Hanc urbis devastationem pluribus describit REMBERTUS in
 vita ANSCHARII (i). „Contigit, inquit ex improviso Piratas ad-
 „venientes HAMBURGENSEM civitatem navigio circumdedisse. Quod
 „cum inopinatè & subitanè accidisset, spatiū non fuit Pagenses
 „congregandi, quippe cum & comes, qui eo tempore præfecturam
 „loci illius tenebat, illustris vir BERNARIUS tunc deesset. Dominus
 „verò Episcopus ibi positus cum his, qui aderant in urbe ipsa, vel
 „in suburbio manentibus, primo quidem auditō adventu eorum, lo-
 „cum ipsum continere voluit, donec magis eis veniret auxilium; sed
 „impellentibus Paganis & civitate jam obessa, cum eis resisti non
 „posse conspexit. . . ipse clericis suis hue illucque fugia dissipatis,
 „etiam sine cappa sua vix evasit. Populi quoque à loco ipso ex-
 „euntes, & hac illacque palantes, plurimi ausgientibus, quidam
 „capti, plerique etiam perempti sunt. Denique hostes aripta civi-
 „tate, & omnibus, quae in ea vel in vicino proximo erant, spoliatis,
 „cum vespertino tempore eò adventassent, noctem ipsam cum sequen-
 „ti die & nocte ibi considerunt. Sicque succensis omnibus ac direp-
 „tis egressi sunt. Ibi Ecclesia miro opere magisterio Domini Epis-
 „copi constructa, una cum claustro monasterii mirificè composito, igni
 „succensa est. Ibi Bibliotheca, quam serenissimus jam memoratus
 „Imperator eidem Patri nostro contulerat, optimè conscripta, una
 „cum pluribus aliis libris igne disperit. Sicque omnia quae inibi
 „aut in ecclesiasticis ministeriis, aut in aliis thesauris, & facultati-
 „bus habuerat, aut deprælatione aut igne, aut hostili impetu direp-
 „ta sunt, ut quasi nudum eum dimiserint. Quippe cum penè nihil
 „exinde prius elatum sit, nec tunc quidem aliquid subiectum, nisi
 „quod quisque fugiens casu arreptum forsitan exportare potuit.
 „Post hanc ita (subjungit infra (k) REMBERTUS) locus ille septem
 „ferè

(h) Annales Fuldenses ad annum DCCXLV. apud Freheri scriptores re-
 germanicarum Tomo I.

(i) Cap. V. supradicti n. 22. Apud Liadebrogii scriptores rerum septen-
 trionalium. Cap. 14. pag. 59.

(k) Cap. VI. n. 25. In LAMBECHI originibus Hamburgensibus apud LIN-
 DEBROGIUM cit. cap. 16.

s. serè annis sine sacerdotali fuit præsentia^{c.}. Eam urbis direptionem in breviora verba contraxit ADAMUS BREMENSIS (1), additque Nordmannos eodem tempore per Rhenum vetus COLONIAM obsediisse.

§. X.

Unio Bremensis Ecclesiæ cum Hamburgensi tentata.

In tantâ rerum omnium desolatione Anscharii, à sociis etiam ob paupertatem derelicti misertus LUDOVICUS germaniæ Rex ei solatium subsistendi impendere studuit, quo Legationis suæ mandatum perficere posset. Et quia in hac Provincia cel-lam nullam huic Legationi habebat congruam: erat autem ibi jux-ta Episcopatus BREMENSIS Ecclesiæ tunc desolatus Pastore, illum, ei dare dispositus. Unde in publico conventu Episcoporum, cœ-torumque fidelium suorum tractare cum eis coepit, utrum hoc ei sa-cere canonica auctoritate liceret. Dominus enim & Pastor noster, hoc sibi periculosum esse aliquo modo formidans, & ne à quibuslibet nævo cupiditatis reprehenderetur, cautè providens, non facile huic dispositioni assentiebat. Jubente itaque Rege, hæc eadem res, in concilio Episcoporum ventilata est. Qui multis præcedentibus exemplis probaverunt, bene posse fieri, ut quia Diæcesis illa, ad quam ordinatus fuerat ipse, admodum parva erat (nam non nisi quatuor baptismales habebat ecclesiæ) & hæc ipsa multotiens jam barbarorum incursionibus devastata, ista ei causa solatii adjunge-retur^{c.}.

„Verum ne in aliquo scrupulum FERDENSIS pateretur Episco-pus, quod etiam partem de suo Episcopatu ultra Albiam sum-p-tam, ipse cum BREMENSI tota simul parochia retineret, statuerunt, ut sicut tempore Domini LUDOVICI Imperatoris primo fuerant, Episcopatus ipse & BREMENSIS & FERDENSIS restituerentur. & ipse teneret BREMENSEM, ex qua major pars Diæcesis suæ sumpta-erat, quæ etiam tunc Pastoris erat præsentia desolata. Quo de-„creto

(1) In Historiâ Ecclesiasticiâ Hamburg. cap. 17. pag. 7. apud cit. LINDE-BROGIUM.

„creto ita ab Episcopis constituto, ipse jubente Rege BREMENSEM
 „suscepit Diaecsim gubernandam. Porro partem Parochiae, quae ul-
 „tra Albiam ad se pertinere debebat, WALDGARIUS recepit tunc
 „FERDENSIS Episcopus. Quod cum ita aliquamdiu esset, iterum di-
 „ligentius ipsa re in alio concilio Episcoporum ventilata, visum est
 „eis non bonum esse, ut Sedes, ad quam ille ordinatus fuerat, ab
 „alio Episcopo teneretur (nam HAMMABURG tunc in partem cesse-
 „rat WALDGARII) potestatem quidem Regis esse dicentes, ut Diaec-
 „sim parvam & admodum captivatam augeret, locum tamen ad Epis-
 „copalem dignitatem auctoritate Apostolica firmatum, nullatenus im-
 „mutandum. Unanimo ergo consensu, cum voluntate Regis praedicti
 „piissimi LUDOVICI, Episcopi ibi constituti censuerunt, ut Sedem,
 „ad quam consecratus fuerat, Pater noster ANSCHARIUS reciperet,
 „& si quid ultra Albiam ex FERDENSI ipse retineret Diaecsi, ex
 „BREMENSIS Ecclesiæ Parochid illius sedis restitueret Episcopo.
 „Quod ita & regio iussu, & synodali Episcoporum decreto, ipsius
 „quoque WALDGARII memorati FERDENSIS Episcopi voluntate &
 „assensu perfectum est (m).

§. XI.

Observationes criticæ in Synodos hanc unionem probantes.

Cum ADAMUS Bremensis suprà relatus ex libro traditio-
 num Ecclesiæ Bremensis tradat, LEUDERICUM Episcopum ejus-
 dem Ecclesiæ tertium sexto LUDOVICI germaniæ Regis, at-
 que ita integro ferè post direptionem Hamburgensem anno,
 die XXIV. mensis Augusti decepsisse, addatque Ecclesiam diu
 viduatam permanississe, de præficiendo Ecclesiæ Bremensi AN-
 SCHARIO agi utique non potuit nisi post obitum LEUDERICI,
 neque juxta ecclesiasticam istius ævi disciplinam aliter, nisi
 in Synodo Episcoporum. Itaque negotium ex LUDOVICI præ-
 cepto in duobus conciliis discussum fuit, quæ REMBERTUS qui-
 dem non nominat, minimè tamen dubitamus, quin ea res in
 duabus Conciliis Moguntiæ paulò post celebratis ventilata
 fue-

(m) REMBERTUS in vita ANSCHARII Cap. IX. In LAMBECH orig. Ham-
burg. apud LINDEBROG. Cap. 19.

fuerit. Primam Synodum anno DCCCXLVII. circa Kalendas Octobris à RABANO Archiepiscopo in OTGARI locum VI. Kalendas Julii ordinato habitam fuisse, ex ANNALIBUS FULDENSIBUS discimus (n) Acta autem hujus Synodi habentur apud HARDUINUM in Actis conciliorum (o). Inter Episcopos, qui ad Synodum convenisse & ad prædictæ Ecclesiæ diœcesim pertinere referuntur, comparent etiam HEBBO, WALTGARIUS, ANSGARIUS. Atque hic ultimus, cuius, licet Archiepiscopi, nomen WALTGARIO Ferdensi Episcopo postponitur, certè aliud non est ab Hamburgensi, de quo agitur. In totis his actis nihil legitur de ANSCHARTO Bremensi Ecclesiæ præficiendo: Sed cum Episcopi in fine subjungant: „*Multa quidem alia per diversas quæstiones coram nobis allata sunt, sed pro brevitate temporis in praesenti concilio omnibus respondere & ea absolvere non possumus;*” credere fas est, inter quæstiones propositas, sed non plenè absolutas & illam contentam fuisse, quæ ANSCHARTI negotium concernebat *. Et quamvis in casu proposito de unione Ecclesiæ Archiepiscopalnis desolatae cum Episcopali alterius Metropolitanæ suffraganeâ res ageretur, quæ majoribus utique difficultatibus obnoxia erat, videntur tamen Episcopi quæstionis sibi propositæ objectum ceu simplicem & in hisce rerum adjunctis necessariam translationem ab una Sede ad aliam considerâsse, atque ideo multis præcedentibus exemplis probavisse, hujusmodi translationem authoritate canonica fieri potuisse (p). Quod cum ita aliquamdiu esset, novi quæ postea scrupuli moverentur, in alio Episcoporum concilio ipsa res diligentius ventilata fuit. Hoc concilium aliud esse non potest,

(n) In FREHERI Scriptoribus rerum Germanicarum Tom. I. pag. 27.

(o) Tom. V. col. 5. & seqq.

* HARTZHEIMIUS in Conciliorum Germaniæ Tom. II. pag. 161. ex verbis REMBERTI Actionem IV. Concilii Mogontini composuit.

(p) Exempla Translationum licitarum & prohibitarum complura colligit NATALIS ALEXANDER in Historiâ Ecclesiasticâ Sæculi quinti Cap. VI. Art. II. n. 9.— Sæculi sexti Cap. VI. Art. III. n. 3.— Sæculi VII. & VIII. cap. V. Art. II. n. 6.

poteſt, quam illud, de quo ANNALES FULDENSES (q) ad annum DCCCLII. ſcribunt: „Habita eſt autem & Synodus ex voluntate atque præcepto ejusdem Sereniffimi Principis (LUDOVICI) in civitate Moguntia Metropoli Germaniæ, præſidente Hrabano venerabilis ejusdem urbis Archiepifcopo, cum omnibus Epifcopis atque Abbatibus orientalis Franciæ, Bajoariæ, & Saxonie: Et illi qui dem de abſolvendis queſtionebus ecclafiaſticis traſlatum habebant; „Rex verò cum Princibis & Præfediſ Provinciarum publicis cauſis litibusque componendis iſiſtent“.

Quem ſuprā concilio Moguntino, anno DCCCXLVII. celebrito, interfuſſe vidimus EBBONEM, is ipſe eſt Remensis Archiepifcopus, Apoſtolicus quondam ad partes Septentrio nales Legatus à PASCHALI Papâ, deinde unâ cum ANSCHARIO à GREGORIO IV. conſtitutus. Is cum in Sedem Remen ſem, è quâ Synodali Judicio (r) anno DCCCXXXV. dejectus fuerat, eò quod præcipuus exauſtorationis LUDOVICI Imperatoris incenor fuſſet, inattentis LOTHARII Imperatoris conati buſ restitui nullo modo poſſet, tandem Ludovici germaniæ Regis favore Hildesienſi Ecclesiæ præfectus fuit, In quâ etiam anno Dominice Incarnationis DCCCLI. Indiſſione XIV. XIII. Kalendas Aprilis, teſte HINCMARO, ejusdem in Cathedrâ Remensiſuſſore (s), defunctus eſt. Porrò memoriam dignum, nec hic omittendum videtur, quod de eodem EBBONE in epiftolâ ad HERIBALDUM Epifcopum Autiſiodorenſem cap. XXXIV. ſcribit RABANUS Archiepifcopus Moguntinus: „De Ebonis autem Remensiſuſ Epifcopi depositione atque reſtituſione non neceſſe eſſe aeftimo tuæ interrogatoriſi respondere. Videant illi qui hoc egerunt, utrum iuſtè, an iuſtè hoc fecerint. Ego, dum in Epifcopatuſ Moguntienſi Ecclesiæ iudignus conſtitutus fum, inveni eum in Hiltinishaim in Saxonid Epifcopalem Sedem habere.

,Nec

(q) Apud FREHERUM cit. pag. 29.

(r) Acta depositionis habentur apud HARDUINUM in collectione Concilio rum ampliſſimâ Tom. IV. col. 1385.

(s) In Epiftolâ ad NICOLAUM Papam apud HARDUINUM cit. Tom. V. pag. 669.

„Nec eum prohibui officium Præfulis gerere, quia audivi ab Apostolica Sede in locum suum restitutum esse. Sicque ad finem vitæ, in suo officio remansit. Rogantibus autem quibusdam Fratribus, Hincmaro Episcopo nuper pro hoc ipso Epistolam direxi: quia audivi, eum illos, quos Ebbo post restorationem suam (nempè à LOTHARIO Imperatore anno DCCCXL. tentata) consecravit, à Sacerdotali atque clericali officio removisse. Postquam autem inde mihi responsum opportunum redditum fuerit, tibi intimare curabo“ (t). Quibus RABANI verbis inductum credimus HENSENIUM, ut scriberet (u) „Hildesheimensem EBBO in Saxonia, Sedem dono Ludovici Regis germanicæ adeptus, Episcopali officio usque in finem vitæ funditus, diversas fecit ordinationes, ab omnibus absque ulla unquam reprehensione admissas“. At contrarium tamen nos docet AUCTOR CHRONICI EPISCOPORUM HILDESIENTIUM (w), qui sub sæculi duodecimi medium vixit, dum ait: „Reinberto secundo Hildeneshemensi Episcopo defuncto, anno dehinc Incarnationis Domini DCCCXXXV. Ebbo Archiepiscopus Remis deponitur, & in Hildeneshem Imperatoris clementiæ relegatur. Qui XII. annis Ecclesiæ præfuit, & Episcopalem ordinem, ut sibi videtur, exercuit Anno deinde DCCCXLVII. Incarnat. Domini Altfridus III. Episcopus ordinatur. Qui Ecclesiam regulariter regendo quicquid antecessor suis de sacris ordinibus temere usurpavit, decreto canonum rationabiliter annullavit“. Cæterum de EBBONIS rebus bene vel male gestis nihil definire volens ADAMUS (x) fatetur tamen, quod ab Ansgario eæ dilectione, quam ab initio secum habuit, usque in finem habitus fuerit.

§. XII.

(t) Confer. NATALIS ALEXANDRI Historia Ecclesiastica Sæculi VIII. IX. X. Dissertatione VII. ubi res ab EBBO gestas exactè colligit.

(u) In Commentario prævio ad vitam S. ANSCHARII §. X. n. 39. pag. 400.

(w) Apud LEIBHITII Scriptores rerum Brunswicensium Tom. I. pag. 742. in fine & seq. In notis tamen chronologicis certò errat Auctor.

(x) Specit. cap. 18. pag. 8.

§. XII.

Unio Bremensis Ecclesiæ cum Hamburgensi ab Archiepiscopo Colonensi impugnata.

Ecclesiæ Bremensis curâ ex Episcoporum decreto susceptâ Episcopale quidem ministerium apud Danos & Suecos resumpsit ANSCHARIUS, at ipse tamen agnovit, unionem sœpe dictam sacrâ non esse canonibus consentaneam, quia Metropolitani Episcopi consensu destitutam. „*Cum hæc enim, quæ suprà narravimus, agerentur, COLONIA Civitas, AD QUAM BREMENSIS PAROCHIA SUFFRAGANEA ERAT, eo tempore absque benedictione Episcopali degebatur. Quod quia diuturnum extitit, illud etiam fine illius loci Pontificis præsentia necessariò decernendum suit. Postea tamen consecrato ad eum locum venerabili Præfule GUNTHARIO, hoc ipsum Dominus & Pater noster ei suggerere subdedit, ut suâ quoque auctoritate firmaretur, cui tamen rei ipse admodum contrarius extitit. Quia de causa postmodum in Wormaciâ civitate positis duobus Regibus, Ludovico scilicet & Lothario, coram multa Episcoporum utriusque Regni frequentia, præsente venerabili Patre nostro, hæc eadem res exposita est. Quod cum ab omnibus benè ita ordinatum probaretur, ut prædictus quoque Pontifex GUNTHARIUS hoc ipsum sua auctoritate firmaret, cuncti rogarerunt. Qui primo quidem fortiter his reniti cœpit, justum non esse multipliciter ostendens, ut Sedes suffraganea in Archiepiscopalem Sedem verteretur; nec se debere honorem Sedis suæ in aliquo minuere: postremò tamen & ipsis Regibus & cunctis simul Episcopis ibi aggregatis, pro hoc ipso eum rogantibus, & omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus, respondit, si Apostolicâ auctoritate firmaretur, ex se quoque ratum fore (y).*

§. XIII.

Status Ecclesiæ Colonensis tempore unionis.

Vidimus Coloniam civitatem eo tempore, quo in duabus conciliis Moguntinis unionem Bremensis Ecclesiæ cum Ham-

bur-

(y) REMBERTUS cap. X. apud HENSCHENIUM, vel cap. 20. ap. LINDEBROG.

burgensi licetam decreverunt Episcopi, absque benedictione Episcopali, & quidem diuturno tempore fuisse. Inquirendum proinde est, quantum temporis inter illam unionem & GUNTHARII promotionem ad Sedem Colonensem effluxerit. MABILLONIUS (z) & PAGIUS (a) existimant, cathedram Colonensem annos ferè decem vacuam fuisse, cum ei imponeretur GUNTHARIUS. Verum hanc virorum doctissimorum opinionem evertunt ANNALES BREVES COLONIENSES, ex MSto Conciliorum Codice vetustissimo Bibliothecæ Metropolitanæ Coloniensis à Joanne Georgio ab ECKART (b) descripti & publicati, quos, quia non passim obvii sunt, hic ad cognoscendum Ecclesiae coloniensis statum præmittere operæ pretium visum fuit. Sic autem habent:

Anno Dom. Incarnat. DCCCXIV. obitus Caroli.

Anno DCCCXIX. commissum Hadebaldo Episcopatum Coloniae.

Anno DCCCXXX. cœpit Hadebaldus Episcopus infirmari.

Anno DCCCXXXIV ordinatus Hildebertus Chorepiscopus.

Anno DCCCXXXVI. Nordmanni Colonia occisi.

Anno DCCCXL. Hludovicus obiit XII. Kal. Jul.

Anno DCCCXLII. Hilduinus accepit Episcopatum Coloniae.

*Anno DCCCXLVI. Saraceni prædaverunt Romam: eo anno
adivi Romam.*

Anno DCCCXLVII. Placitum Confluentis.

Anno DCCCXLIX. Werinarius Comes Coloniae.

Anno DCCCL. Guntarius Episcopus Coloniae XII. Kal. Maji.

Anno DCCCLV. obitus Hlotharii IV. Kal. Octobr.

Anno DCCCLVI. combustio Coloniae secundâ vice.

Anno

(z) In Observationibus ad vitam S. Anscharii sœculo Benedictino quarto, & in Annalibus Benedictinis Tom. III. Lib. XXXV. num. 28. ad annum 857.

(a) In Criticâ Annalium BARONII Tom. III. ad annum 858. n. 4.

(b) In Commentario de rebus Franciæ orientalis Tom. II. pag. 917.

- Anno DCCCLVIII. coruscatio Coloniæ XVII. Kal. Octobr.*
Anno DCCCLX. Hyems validus.
Anno DCCCLXII. Hildebertus Chorepiscopus obiit.
Anno DCCCLXX. Indit. III. XVI. Kal. Febr. Willibertus Episc.
Ipsa anno VII. Id. Jul. fulminis iactus Coloniæ.

Authorem Annalium iisdem annis vixisse, colligitur ex hac ejus notâ anno 846. additâ: *Eo anno adivi Romam. Ex his ergo discimus, HADEBALDO, quod anno DCCCXXX. infirmari cœperit, adjutore in ministerio Episcopali an. DCCCXXXIV. datum fuisse HILDEBERTUM Chorepiscopum. Duplicis autem generis hoc sæculo Chorepiscopos fuisse, quorum alii verè Episcopi, alii verò nonnisi presbyteri erant, COINTIUS (c), PAGIUS (d), & HONTHEIMIUS (e) observant. Hunc HILDEBERTUM Chorepiscopum demum anno DCCCLXII. obiisse, citati Annales testantur. Id quod egregiè confirmat vetus Epitaphium, in Basilicâ Sancti GEREONIS Coloniæ molliori marmore incisum:*

„HILDIBERTUS MERITIS QUI FULSIT EPISCOPUS ALMIS ASSUMP-
 „TUS COELO HOC JACET IN TUMULO. OBIIT ANNO INCARN.
 „DOMINI DCCCLXII. III. KL. JULII.

Hoc Epitaphium de HILDEGERO Colonensi Episcopo anno DCCCLIII. in prælio contra Saxones occiso male interpretari GELENIUM (f), ex ipso HILDIBERTI nomine, & ex anno obitûs in supradictis Annalibus etiam clarè expresso manifestum est.

Annū HADEBALDI emortualem non annotavit quidem Annalium Author; sed eundem tamen adhuc anno DCCCXXXVIII. Kalendis Maji in vivis fuisse certum est ex Ms-

MO-

(c) In Annal. Eccles. Francor. Tom. VII. ad annum 813, N. 345. & seq. pag. 272.

(d) In Criticâ Annalim Baronii. T. III. ad annum 815. n. 10. 11. & 12.

(e) In Prædromo Historiæ Trevirensis diplomaticæ. pag. 310 & 311.

(f) In pretiosa Hierothecâ. pag. 41.

MORIALI, quo ALDRICUS Cenomanensis Episcopus monasterium Anisolense contra SIGISMUNDUM Abbatem in Placito publico, seu Conventu Aquisgranensi, ex Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque Procerum sententiâ evindicâsie refertur. In eo siquidem inter praesentes post AUTCARIUM Moguntinum adscribitur HADALBOLDUS ARCHIEPISCOPUS (g). At illum non supervixisse annum DCCCXLII., conjicimus ex eo, quod HILDUINUS hoc anno Episcopatum Coloniæ accessisse dicatur. Hunc HILDUINUM Episcopum omnes Episcoporum Coloniensium Catalogi hucusque cogniti omiserunt, qui HADEBALDUM inter & GUNTHARIUM, nullum intermedium agnoscent. Quis autem HILDUINUS iste fuerit, & quâ ratione inter gravissimas fratrum LOTHARIL, LUDOVICI & CAROLI, de partitione monarchiæ prælantium, dissensiones eodem adhuc anno ferventes ad Episcopatum pervenerit, non facile quis dixerit, quamvis eum divinare velit ECKHARTUS (h).

Æquè incognitus haecenüs fuit HEYNIANUS Archiepiscopus. Et tamen in antiquo Catalogo Abbatum sancti MARTINI in Insulâ Scotorum Coloniæ, ante saeculi XI. medium scripto, post BLASIUM Abbatem anno DCCCXVII. defunctum haec leguntur: „Postea Abbas præfuit HEYNIANUS vir illustris, qui factus est Archiepiscopus Coloniæ. Obiit DCCCXLVIII. „Et duo altaria instituit, Et quodlibet uno terræ mansu dotavit. „Item ex parte ipsius habemus annuatim XX solidos pro agenda „ejus memorie V. Kal. Octobris. Eo regente destrutum est monasterium à Nortmannis“. In veteri quoque ejusdem monasterii Necrologio ad diem V. Kal. Octob. haec habentur præcedentibus consona: „Obiit Dnus Heynianus Episcopus Ecclesie „Coloniensis Monachus nostræ congregacionis, qui duo altaria insituit,

(g) Apud BALUZIUM in Miscellaneis, curante MANSIO LUCE anno 1761. recusis. Tom. I. pag. 108. & apud COINTIUM in Annal. cit. T. VIII. ad annum 838, n. 115. pag. 575.

(h) In Commentario de rebus Franciæ orientalis. Tom. II. lib. 29. num. 139. pag. 364.

,tuit, & quodlibet anno manso datavit anno DCCCXLVIII. Qui
 hys si addatur charta traditionis EGILBERTI cujusdam, qui
 „ad sanctum Martinum egregium Pontificem, qui in monasterio Ri-
 „nensi propè Coloniam civitatem patrocinari dinoſeitur, ubi vir ve-
 „nerabilis Heyninus Episcopus & Abba præſe videtur, terram
 „salicam & petiolam vineæ donavit, anno DCCCXLIII (i)“; de
 coloniensi HEYNIANI Episcopatu dubitari vix poterit. Sed
 dubium adhuc superest, an HUNDINUS supra memoratus, ab
 hoc HEYNIANO distinctus, an vero unus idemque cum eo
 fuerit. Hoc posterius in Historiâ Abbatum monasterii sancti
 Martini manuscriptâ propugnat doctus ejusdem monasterii
 cœnobita Oliverus LEGIPONTIUS, creditque, vel ob aliquam
 nōminum similitudinem, vel ob ignorantiam describentis, HIL-
 DUNUM pro HEYNIANO positum fuisse. Quidquid horum sit;
 certe GUNTHARIUS anno DCCCLII, quo Moguntina syno-
 dus celebrata, in eâque unio Bremensis Ecclesiæ cum Ham-
 burgensi tractata fuit, jam per annum integrum, testantibus
 Annalibus sœpè dictis, Coloniæ Archiepiscopus erat. Fortè
 tamen ejus benedictio vel consecratio ex causis nobis in-
 cognitis dilata fuit ad plures annos, ideoquæ REMBERTUS,
 Coloniam civitatem diuturno tempore absque benedictione Episcopa-
 li fuisse, scribere potuit.

§. XIV.

*Guntharii: Coloniensis oppositio adversus unionem prædicam
 examinata.*

GUNTHARIUM Coloniæ consecratum Archiepiscopum unioni
 Bremensis Ecclesiæ cum Hamburgensi primò admodum con-
 trarium fuisse, postea tamen & Regum & Episcoporum Wormatiæ congregatorum postulatis assensum præbuſſe narrat
 REMBERTUS, qui annum quidem non designat; dubitandi ta-
 men causam non habemus; quin unio ista retractata fuerit
 anno

(i) Fide ritimur Oliveri LEGIPONTI, anno 1558. defuncti, in Historiâ
 Abbatum Sancti Martini diplomaticâ, cuius Autographum in Archivo
 Electorali Coloniensi servatur.

anno DCCCLVII. ad quem ANNALES FULDENSES (*k*) ita scribunt: „Rex Hludowicus mense Februario colloquium habuit in Confluente Castello cum Hluthario nepote suo. Tempore vero Quadragesimus Placitum habuit apud Wangionum civitatem.... Habitum est autem & Synodus apud Moguntiacum circa Kal. Octob. praesidente Carolo Archiepiscopo, qui anno DCCCLVI RABANO successerat. Cur autem unioni fese opponeret GUNTHARIUS, causa non una, nec levis erat. LOTHARIO Imperatori, post pactum Verdunense anno DCCCXLIII. conclusum, subjecta erat Colonia: quae post mortem Imperatoris filio ejus LOTHARIO Regi ab anno DCCCLV. parebat. Ad LUDOVICI germaniae Regis ditionem Brema pertinebat. Profecto solis Provinciae Moguntinæ Episcopis fas non erat, de utilitate & necessitate uniendi Ecclesiam Bremensem cum Hamburgensi cognoscere, & insalutato alterius Regni Metropolitanano, non adscitis ejus Episcopis provincialibus, Ecclesiam suffraganeam metropoliticae Jurisdictioni subtrahere. Adversus ejusmodi molinina, licet etiam autoritate Regum fulta, tamquam canonice institutis adversantia prioribus Sæculis opposuisse se Episcopos, exempla nos plura docent, quorum duo illustria hic adducere à praesenti scopo non credimus alienum. Cum CHILDEBERTUS Francorum Rex MELODUNI, quod in suo regno sicutum erat, Episcopalem erigere Sedem vellet, assensum dare noluit LEO, Senonensis urbis, quae in potestate THEODEBERTI Regis erat, Metropolitanus Episcopus, scriptaque ad CHILDEBERTUM anno 541. Epistolâ (*l*) dissensus sui causas has exponit: „Quam rem valde admiratos gloria vestra cognoscet, quod primum sine jussu glorioissimi Domini Principis nostri, Filii vestri Theodeberti Regis, cuius sumus Regni ordinatione subjecti, injungitis, ut ea quæ anteacto tempore facta non sunt, nunc praesentibus nostra, aut consensu debeant inchoari. Præcipue numquam nec suspicari, nec credere potuimus, quod hanc aut Ordini nostro, att. etiam temporibus vestris velletis injuriam generari, ut Diaconum

„no-

(*k*) Apud FREHERI Scriptores rerum Germanicar. Tom. I. pag. 31.

(*l*) Extat apud HARDUINUM in Conciliorum Tom. II. col. 1433.

„nostram à Deo nobis commissam, & usque nunc Pontificali ordine,
 „Deo propitio custoditam, tamquam negligentes ac desides ad alte-
 „rius permittamus potestatem transire, aut solicitudinem irrationa-
 „bili deliberatione transferri..... Rogamus & contestamur, ne ul-
 „lus. Pontificum contra statuta Patrum audeat facere Et plebs
 „non permittatur à Pastoris proprii custodia per novam & illicitam
 „ordinationem divelli... Nam gloria vestra optimè debet & credere
 „& scire, quia si contra statuta Canonum quicumque sine consensu
 „nostro Mecledone (Meloduni) Episcopum voluerit ordinare, us-
 „que ad Papæ notitiam, vel Synodalem audientiam, tam hi, qui
 „ordinaverint, quam qui ordinatus fuerit, a nostra erunt commu-
 „nione disjuncti“.

Alterum non minus insigne exemplum nobis GREGORIUS Turonensis (*m*) suppeditat. AEGIDIUS Remorum Archiepiscopus, SIGEBERTI Regis annutu, anno DLXXXIII. Castelloduni Episcopum ordinârat, quamvis locus iste ad Dicecensem Carnotensem, CHILDERICO Regi subjectam, & ad Provinciam Senonensem pertineret. Factum improbarunt Episcopi diversarum Provinciarum in Synodo Parisiensi congregati, & ad AEGIDIUM rescripserunt, ausum ea illum esse contra omnem rationem & contra canonican disciplinam, eo quod castrum nec ad territorium civitatis vestræ, inquiunt, nec ad vestram provinciam manifestum est pertinere. Episcopum temere consecratum deponi, & ab Episcopali officio sub anathemate jubent abstinere. Literas etiam ad SIGEBERTUM Regem dederunt, monentes, ne nullum novo Episcopo patrocinium impendat. „Quam rem, inquiunt, „licet vix credere possumus, cum consensu gloriæ vestræ „fieri potuisse; tamen si cujuscunque prava suggestione præuenti, in „hæc tam obscenæ & universæ Ecclesiæ contraria consensistiſ, ab „hujusmodi scandali defensione sinceritatis vestræ conscientiam ex- „pietis (*n*).“

Sed

(*m*) In Historiâ Francorum lib. VII. cap. 17.

(*n*) Extant Epistolæ Synodales ad AEGIDIUM Remensem & ad SIGIBER-
 TUM Regem apud HARDUINUM Conciliorum Tom. III. col. 403. & seq.
 Confer. SNONASSINUM de veteri & novâ Ecclesiæ Disciplinâ Parte I.
 lib. I. cap. 55. B. 1. & 2.

Sed numquid S. MEDARDUS Veromanduorum anteā Episcopus, post dirutam ab infidelibus urbem, alias etiam veritus eruptiones, Sedem suam Noviomum transtulit? Numquid paulò post, anno nempē DXXXII, idem post ELEUTHERI obitum Episcopus etiam Tornacensis electus; & ab eo tempore utriusque Ecclesiæ unus tantum Episcopus fuit? Verūm hoc exemplum GUNTHARII Nostri oppositionem non infirmat. Neutra enim Sedes, inquit THOMASSINUS (o), in Juribus & privilegiis suis quidquam passa est detrimenti. Ita Episcopatum duorum sine confusione conjunctio facta est, Pontificali, Metropolitanani & comprovincialium auctoritate, Regis & Procerum assensu, plebis acclamatione. Econtrà GUNTHARIUS justam renitendi causam ex eo habebat, quod alterius regni monarchæ, alienæ provinciæ Episcopi à Metropolitanâ regni Lotharingici Ecclesiâ abstrahere suffraganeam, eique Archiepiscopum præficere tentârint.

§. XV.

*Unio post Guntharii Coloniensis assensum à Summo
Pontifice confirmata.*

GUNTHARIUM instantissimis & Regum & Episcoporum
precibus victum unioni Bremensis Ecclesiæ cum Hambur-
geni tandem hac conditione: si Apostolicā auctoritate id ipsum
firmaretur, consensisse diximus. Hoc autem responso accepto,
,,cum etiam omnes Suffraganæ ejus hæc eadem consenserent, piissi-
,,mus Rex jam dictus LUDOVICUS, cupiens & patris sui eleemosy-
,,nam in omnibus augmentare, &, quod ipse disposerat, per om-
,,nia ratum fieri, Reverendissimum SALOMONEM Constantiæ civitatis
Episcopum pro hoc ipso ad Sedem direxit Apostolicam. Cum quo
etiam Dominus & Pater noster ANSCHARIUS, quia ipse per se non
poterat, filium suum Fratrem nostrum NORDFRIDUM misit Presby-
terum, qui officiosissime à Sande suscepti Papâ NICOLAO, Lega-
tionis sue mandatum ei plane & dilucidè retulerunt. Qui pruden-
ter & sollicitè ea, quæ ab ipsis dicebantur, mente pertractans &
,,Deo

(o) Ibidem.

*Alioquin huiusmodi regio iurisdictio animalium hanc constitutio-
nem ipsius a se docens, voluntatem Regis nostri sua auctoritate
affirmavit (p).*

ANSCHARIUM quamvis Ecclesiæ Bremensi viduatæ præ-
fici posse decrevissent Episcopi in duabus Synodis Mogunti-
ensis autè explicatis; eum tamen ante impetratum Archiepis-
copi Coloniensis assensum Bremensis Episcopatū posselli-
onem neutquam suisse adeptum, manifestò constat ex dona-
tionum Ecclesiæ Bremensis libro tertio, capitulo XX. ab
ADAMO Bremensi allegato (q), ubi dicitur; anno Luthewici se-
cundi, Imperatoris, IX, hoc est octingentesimo quinquagesimo
nono (r). dominum Ausgarium ab Aldrico clero, comite Regin-
valdo, legatis caesariis (vel potius Regis) ductum in Episcopatum.
Verum cum REMBERTUS (s) disertè afferat, multum temporis
suisse, ex quo Sedem illam gubernandam Anscharius suscepit, prius-
quam auctoritate Apostolica firmaretur; cumque ADAMUS ipsem
his REMBERTI verbis utatur, manifestum quoque est, errare
ADAMUM (t) dum Privilegium Papæ annum Domini DCCCLIX.
notare scribit, inde sibi met contradicere, siquidem immediate
autè Bremensis atque Hamburgensis parochiæ coadunationem ultimo
sancti Ausgarii tempore factam dixerat. Ultimum autem AN-
SCHARII tempus clausit anni DCCCLXV. dies Februarii ter-
tia, quâ mortuus est.

Profectò Summi Pontificis NICOLAI primi confirmatione
non nisi post THEODGAUDI Trevirensis est GUNTHARII
Colonensis Archiepiscoporum, divortio Lotharii Regis &
THEUTBERGÆ Reginæ injusto consentientium, depositionem,
& post duplicatam GUNTHARII interdictum sibi ministerium
ufur-

(p) REMBERTUS cit. cap. X. n. 39. pag. 417.

(q) In Histor. Ecclesiæ Hamburg. Lib. I. cap. 20. pag. 8.

(r) LEONIVS II. Imperator vivente patre Lothario coronatus est anno
DCCCL. à LEONE IV. Papâ.

(s) Cap. XI. num. 41. apud HENSCHENIUM, vel cap. XX. in fine apud
LINDEBROGIUM, pag. 66.

(t) Cap. 23. pag. 9.

usurpant
LXIV.
SIONUM
MISSI à
modo di
„Ut Epis
ideri ac
„Domini
„providid
„super D
tempora
multis in
NICOLAI
LANDSC
ra: Da
„Angulo
„do destr
vice. Inc
Errat ig
dare, &
connecte

Non
genfis fo
mensis B
copards
chiepilco

(a) Extra
culis.
HELM
432. 1
in no
(u) In
cu S

usurpantis culpam, adeoq[ue] demum post Pascha anni DCCC-LXIV. fuisse concessam, liquidum est ex CAPITULIS RESPONSIONUM NICOLAI PAPÆ AD LEGATIONEM SALOMONIS EPISCOPI MISSI à REGE HUODOVICO GERMANICO (u), in quibus his, quæ modò diximus, relatis, capitulo IV. ita loquitur Pontifex: „*Ut Episcopus Brēmonensis, licet à GUNTHARIO hæc non potuerit idari licentia, nec ab eo tate quid peti debuerit, tamen pro amore Domini Regis, quia pia est ejus petitio, cum nostrâ auctoritate in praedicto loco BREMON potestatem & honorem Archiepiscopatus super Danos & Suevos habens, & simili modo sui Successores per tempora futura perpetuâliter teneant atque possideant*“. Sed quid multis in annum confirmationis inquirimus, cum ipsa Bulla NICOLAI I. ex Alberto CRANTZIO & Philippo CÆSARE à Petro LAMBECIO (w) descripta has notas chronologicas præ se ferat: *Data pridie Calend. Junii imperante Domino piissimo Augusto Ludovico à Deo coronato magno Imperatore, anno quinto decimo, Indictione duodecimæ, quas omnes cum anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXIV. convehire perspicuum est.* Errat igitur LAMBECIUS, dum notas istas chronologicas emendare, & confirmationem pontificiam cum anno DCCCLVIII connectere laborat.

§. XVI.

Confirmationis Pontificiae modus & ratio.

Non tantum in primâ novi Archiepiscopatus Hamburgensis fundatione HELINGAUDI Ferdensis & WILLERICI Bremensis Episcoporum consensum, sed in subsecutâ etiam Episcopatus Bremensis & Hamburgensis unione consensum Archiepiscopi Coloniensis atque Suffraganeorum ejus necessarium,

(u) Extant in BALUZZI Miscellaneis curante MANSIO anno 1761. Luce re-
cufis. Tom. I. pag. 400. Argumenta, quibus probare videntur HARTZ-
HEMIUS in Conciliorum Germanicæ Tom. II. in Digressione §. VI. pag.
432. hæc responsa esse opusculum otiosi collectoris & corrasoris, levio-
ra nobis sunt, quam ut iis convincamur.

(w) In Chronologiâ & Auctario rerum Hamburgensium apud LINDEBRO-
GII Scriptores rerum Septentrionalium pag. 114.

rium, ideoquè à Regibus & Episcopis cæteris expeditum
 fuisse, ex totâ REMBERTI narratione in superioribus excerptâ
 patescit. Quod autem in Bullâ confirmationis Pontificiâ nul-
 la consensus ab Archiepiscopo Coloniensi præstigi mentio
 fiat, imò quod NICOLAUS I. in Capitulis SALOMONI Episcopo
 datis asserat, à Gunthario hanc non potuisse dari licentiam, nec
 ab eo tale quid peti debuisse, id procul dubio ex Jurispruden-
 tiæ canonicae hoc tempore immutatae principiis profectum
 est, quibus Episcoporū translationes, Episcopatum unio-
 nes, aliaque negotia Ecclesiastica graviora, quæ in solis olim
 Episcoporū synodis dirimebantur, ad causas majores, soli-
 que Romano Pontifici reservatas referri oportere creditum
 fuit. Rationes autem, quibus ad confirmandam unionem
 permotum se dicit Pontifex, has adducit: Quod CAROLUS
 „Rex Monasterium, quod appellatur Turholt, situm in occidentalî
 „Franciæ, quod illic genitor suus ad supplementum & viatum Epis-
 „copo & clericis ejus dederat, ab Ecclesiâ Hammaburgensi abstule-
 „rit, indeque omnes ministri altaris, deficientibus quippe necessariis
 „sumptibus, ab ipsis reefferint gentibus, & eadem ad gentes Lega-
 „tio per hujusmodi factum defecerit, ipsaque Metropolis Hamma-
 „burg penè deserta facta sit. — Quod LUDOVICUS Rex Bremen-
 „sem Diœcesi vacantem, & illam novellam institutionem deficientem,
 „insuper & utramque hanc Ecclesiam, per Barbarorum sævitiam ad-
 „modum attenuatam videns querere cœperit, qualiter prædicta Bre-
 „menensis Ecclesia prædictæ quoque novellæ Archiepiscopali uniretur,
 „ac subderetur sedi. — Itaque cum id propter instantem necessita-
 „tem & animarum lucra in gentibus demonstrata utile fore & pro-
 „ficuum Ecclesiæ esse, maximè in tam novellæ christianitatis planta-
 „tione, in quâ varii solent eventus contingere, non dubitet Pon-
 „tifex, decernit secundum LUDOVICI votum, ipsas prædictas Diœ-
 „ceses, Hammaburgensem & Bremensem scilicet, non deinceps duas,
 „sed unam esse & vocari, subdique sedi, quæ Prædecessoris sui de-
 „creto, Archiepiscopali est munere sublimata. — Decernit etiam,
 „ut nullus Archiepiscopus Coloniensis ullam sibi deinceps in eadem
 „Diœcesi vindicet potestatem. Tandem subjungit: Et quia te cha-
 „rissime FILI ANSGAR, divina clementia novâ in sede primum dis-
 „posuit

, posuit esse Archiepiscopum, nosque Pallium tibi ad Missarum so-
 ;lemnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Ec-
 ;clesiarum tuarum perpetuo statu manentibus privilegiis, uti largimur &c.
 , Veruntamen ista omnia superius annexa ab apostolica sede Beati-
 ;tudini tuae indulta agnosce, si a Fide & decretis sanctarum catholicarum
 , & Apostolicarum Romanarum Ecclesiarum in nullo penitus declines: Quod si
 , a Fide & institutis aut sanctionibus te tanto sublimantis honore
 , sedis Apostolicarum declinare studiosè presumperis, his nostris tibi col-
 , latis careas beneficiis. Porro te Pallio uti nonnisi more sedis con-
 ,cedimus Apostolicarum, scilicet ut Successores tui per semetipos vel
 , legatos suos & scriptum, Fidem nobiscum tenere, ac sanctas sex
 , synodos recipere, atque decreta omnium Romanarum sedis Præsulum,
 , & Epistolam, quæ sibi delata fuerint, venerabiliter observare at-
 , que perficere omnibus diebus suis, scripto se & juramento profi-
 , teantur.

§. XVII.

*Habitus Ecclesiarum Bremensis erga Hamburgensem à tempore
 unionis.*

Equidem REMBERTUS relatâ magnâ Bullæ Pontificiæ par-
 te concludit (x) „His itaque decretis atque institutionibus Papæ
 , sanctissimi Nicolai, Bremensis Ecclesia adjuncta & unita sedi Ham-
 ,burgensi, quæ prius metropolis constituta fuerat, facta est Ar-
 ,chiepiscopalis“. Verum non is verborum REMBERTI sensus
 est, ac si titulus ipse Archiepiscopalis cum prærogativis &
 juribus omnibus Archiepiscoporum nunc fuerit in Bremen-
 sem Ecclesiam translatus; sed, quod ab eo tempore Eccle-
 sia Bremensi, propter unionem cum Hamburgensi, præesse,
 in eâque residere cōperint Archiepiscopi, qui anteâ sedem
 in Hamburgensi habuissent. Atque hic sensus etiam ex ipso
 confirmationis Pontificiæ tenore perspicuus est. Sicut enim
 LUDOVICUS Rex nil petierat aliud, quam ut Bremensis Ecclesia
 prædictæ quoque novellæ Archiepiscopali uniretur, ac subderetur se-
 di;

(x) Cit. Cap. X. in fine apud HENSCHENIGM, vel Cap. XX. in fine apud
 LINDENBROGIUM.

di; ita decrevit quoque Pontifex, ut Diœcesis Hamburgen-sis & Bremensis deinceps una esset & vocaretur, subderetur-que sedi, quæ Prædecessoris sui decreto Archiepiscopali erat manere sublimata. Atque hæc procul dubio ratio e. at, cur usque ad sœculi duodecimi medium ferè semper ARCHIEPISCOPOS HAM-BURGENSES, rarius autem BREMENSES, in Bullis Pontificiis, cœsarumque diplomatis vocatos, ipsosque Antistites HAM-MABURGENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI titulo communius usos fuisse legamus: prout scitè animadvertisit, & exemplis com-pluribus demonstrat PFEFFINGERUS (y), cui præierat LAM-BECIUS (z). Hæc ratio erat, quod, cum Antistites dein BRE-MENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI titulum prædiligerent, HART-WICUS Archiepiscopus, Hamburgensis Ecclesiae antiquum ho-norem stabilire, & frequenti urbis exedio metropolitanam ejus dignitatem minimè imminutam esse, anno MCLX con-firmare debuerit, occasione litis inter canonicos Hambur-genses & Bremenses super metropolitanæ dignitatis jure & honore ortæ, quam eleganter describit, & anno demum mil-lefimo ducentesimo vigesimo tertio, quo Ecclesia Hambur-gensis Bremensi cessit, compositam esse, ostendit citatus LAMBECIUS (a), quem legere non erit injucundum.

§. XVIII.

*Modus subjectionis Ecclesiæ Metropolitanæ Colonensi
à Bremen exhibitus post unionem.*

Summum Pontificem NICOLAUM I. decreuisse, ut nullus Archiepiscopus Colonensis ullam sibi deinceps in eadem Diœcesi, ut præfertur, adunata, vindicet potestatem, dictum est in præce-den-

(y) Ad VITRIARII *Institutiones juris publici*. Tom. I. Lib. I. Tit. XV. pag. 1169.

(z) In originibus Hamburgibus apud LINDENBROGI Scriptores rerum septentrional. pag. 21.

(a) In Originibus Hamburg., cit. pag. 22. & 33. apud LINDENBROGI Scriptores sœpè cit.

dentibus. Hæc verba sanè omnimodam Bremensis Ecclesiæ exemptionem à jurisdictione Metropolitani Coloniensis indicare videntur. Quam etiam exemptionem probare videtur narratio Biographorum Corbejenium in vita sancti REMBERTI secundi Hamburgensis Archiepiscopi, sub sæculi noni finem scriptâ, in quâ, postquam Scriptores REMBERTUM, ipso mox die depositionis Domini Ansharii, id est, quartâ Februarii, anno DCCCLXV. à clero & populo concorditer electum, & cum hujus concordiæ pacto ad Regem LUDOVICUM, per viros venerabiles THEADRICUM Mindensis Ecclesiæ Episcopum & ADALGARIUM Abbatem monasterii novæ corbejæ, adductum fuisse retulissent, hæc subdunt (b): „Venerabilem REMBERTUM gloriosus Rex dixit ad LUITBERTUM Archiepiscopum Moguntensem, à quo jussu eius est consecratus; ut provide actum sit, quatenus in adjutorium consecrationis non unius metropolis, sed duarum convenienter Suffraganei, LINWARDUS videlicet Paderburnensis Episcopus, pertinens ad Moguntiam, & præfatus THEADRICUS Suffraganeus Archiepiscopi Colonensis: quos ita permixtum adesse idcirco complacuit, ut tam hujus consecrationis actio, quam etiam Domini ANSHARII primitus ad Sedem ipsam simili modo facta ordinatio si- gnum esset futuris temporibus, quod ad nullam nominatim condicione citatem quorumcunque Episcoporum pertineat, ad hanc Sedem consecrare Episcopum, sed tantum, ut diximus, Palatinæ hoc commissum sit providentiæ, donec conserandi numerus ex gentibus suppleatur“. Verum optimè jam tum observavit Godefridus HENSCHENIUS (c), hæc exaggerari, ob jus ab Archiepiscopo Coloniensi apud Formosum Papam postulatum in Episcopatum Bremenensem. Profectò cum ipsimet Biographi Corbejenies aperte profiteantur, REMBERTUM electum à clero & populo concorditer, cum hujus concordiæ pacto, à THEADRICO Mindensis Ecclesiæ Episcopo ad Regem Ludovicum fuisse adductum, notumque sit, in electionibus Episcoporum maximam illis Sæculis Metro-

(b) In Actis Sanctorum BOLLANDIANIS ad diem IV. Februarii. Cap. IV. n. 14. pag. 562.

(c) In Notis ad hunc textum, lit. l. pag. seq. 553.

Metropolitarum fuisse auctoritatem (*d*), nobis omnino persuasum habemus, THEODERICUM Suffraganeum vice Archiepiscopi Coloniensis electioni REMBERTI praesedisse. Caeterum ab ipso eodem REMBERTO adhuc aliquem subjectionis modum fuisse Archiepiscopo Coloniensi exhibitum, manifeste colligimus ex Actis Concilii Coloniensis, anno DCCCLXXXVII. Kalendis Aprilis celebrati (*e*), in quo, cum clerus Mimidonensis Ecclesiae presbyterum nomine *Drogonem* vocatum, Episcopum unanimi consensu ad Episcopalem promoveri ordinem petiisset, Electus ille ad Pastorale officium promotus fuit, ipseque DROGO Mindonensis Ecclesiae Episcopus, cum CONSENSU VENERABILIS RIMBERTI Episcopi, reliquis cum Episcopis consedisse dicitur. Nominis consensus hic nequaquam significari permissionem sive licentiam REMBERTI, ex eo evidens est, quod DROGO Mindensis non fuerit REMBERTI Suffraganens. Significari ergo oportet mandatum vel delegationem REMBERTI, qui vices suas DROGONI Mindensi electo commiserat.

§. XIX.

Archiepiscopi Coloniensis querelæ ob tentatam subjectionis hujus recusationem, indeque celebratæ Synodi.

Quem Archiepiscopo Coloniensi exhibitum à REMBERTO vidimus, subjectionis modum exhibere deinceps recusavit ejus anno DCCCLXXXVIII. (*f*) defuncti successor, anteà coadjutor, ADALGARIUS. Quapropter HERIMANNUS venerabilis vir, sanctissimo & in divinis humanisque rebus prudentissimo WILIBERTO Episcopo ab hac luce subtratto, per electionem cleri ac plebis Ecclesiae Coloniensi anno DCCCLXXX. praefectus (*g*), non uti ADA-

(*d*) Vid. THOMASSINUS de Disciplinâ veteri & nova Ecclesiae Parte II. Lib. II. cap. 27. n. 8. & seqq. Cap. 29. n. 1-6. & MARTENE de antiquis Ecclesiae ritibus Parte II. lib. I. cap. VIII, Artic. X. n. II.

(*e*) Apud HARDUINUM in collectione Conciliorum amplissimâ. Tom. VI. col. 397.

(*f*) ADAMUS Bremensis sepe cit. cap. 37. pag. 12.

(*g*) REGINO PRIMIDIENSIS ad annum DCCCXC. apud PISTORII Scriptores rerum Germanicarum Tom. I.

ADAMUS Bremensis (h) ad invidiam Archiepiscopi Colonensis causatur) magnis ADALGARIUM fatigabat injuriis, Bremam Coloniae subjugare conatus; sed pro defensione Jurium Ecclesiæ suæ, primum ad ipsum ADALGARIUM commonitionis, cumque nihil apud eum proficeret, deinde ad Romanum Pontificem STEPHANUM V. (i) accusationis seu proclamationis Epistolam dedit. Controversiam dirempturus Pontifex ad suum tribunal vocavit utrumque. Sed HERMANNO non comparente, causæ cognitionem FULCONI Archiepiscopo Remensi commisit, in Synodo Wormatiæ tractandam. Rem gestam FLODOARDUS in Historia Remensi (k) his verbis enarrat: „STEPHANUS Papa scribit FULCONI Remensi pro altercatione quæ versabantur inter HERMANNUM Colonensem Archiepiscopum & ADALGARIUM Hamburgensem & Bremensem Episcopum, pro quâ HERMANNUS eidem Papæ suam direxerat querimoniam. ADALGARIUS autem & suam direxerat, & postmodum per semetipsum accesserat, proclamans ab HERMANNO Ecclesiæ suæ privilegia violari. Ideoque in suam praesentiam commonuerat utrumque venire. Sed quoniam ADALGARIO veniente, HERMANNUS desuit, tantæ liti finem imponere Papa diffidit, ne quidpiam præproperè judicare videretur, unde rediviva contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca injunxit hanc Præsuli nostro sua ipsius Papæ vice Synodum convocare apud VANGIONEM CIVITATEM cum viciniis Suffraganeis limitaneisque Episcopis, ad quam HERMANNUM Agrippinæ Colonice & SENDEROLDUM Moguntinum (l) cum suis Suffraganeis, nec non & eundem ADALGARIUM occurrere jussérat, quatenus, quid cuique debeatur, diligens

(h) Cap. 4r. pag. 12.

(i) STEPHANUS V. anno DCCCLXXXV. sub finem Septembribus Pontifex electus, anno DCCCXCI. exente Septembre defunctus est, eique subrogatus FORMOSUS, qui anno DCCCXCVI. die quartâ mensis Aprilis vitam finivit. PAGIUS in critica Annal. BARONII ad annos citatos.

(k) Lib. IV. cap. I. pag. 315.

(l) SUNDEROLDUS, etiam SUNZO, dictus anno DCCCLXXXIX. LUITBERTUS Moguntino suscepit, anno DCCCXCI. in prælio contra Normannos commissio occupabat, eique HATTO successit. REGINO PRAMIENSIS ad annos citatos.

, gelis examinatio declararet'. Dubitat HARTZHEIMIUS in Notis ad hanc FLODOARDI narrationem (m), an Concilium Wormatiæ à STEPHANO V. indictum, revera celebratum fuerit, ipsique potius mors STEPHANI Papæ & vastationes Normannicæ gentis anno 891. obstatisse videntur, quo minus haec Synodus hoc anno ageretur. Nec vanum esse hoc dubium, ex ipso FLODOARDO coligimus. Ipse enim relatis iis, quæ mox descripsimus, subjungit: „*Super his quoque Successori hujus, nempè STEPHANI, FORMOSO Dominus FULCO litteras mittens, qualiter hæc à præfato STEPHANO sibi sunt injunctæ, significavit: Et ut sibi auctoritatis suæ in his exequendis scripta dirigeret, exceptiit.*“ Igitur vivente STEPHANO mandata ejus nondum erat executus FULCO, ideoquæ quid ulterius in hac causâ agendum sibi foret, à FORMOSO nova postulabat (n). Hoc autem ex Epistola FORMOSI mox citandæ certum est, saltem Francofurti Synodum suisse congregatam, in quæ de hac eadem re diligentissima facta fuit inquisitio.

§. XX.

Causa pro Archiepiscopo Colonensi contra Bremensem in Synodo definita.

Uti Synodum Wormatiæ indictam, ita & alteram Francofurti celebratam ignoravit, vel studiosè reticuit ADAMUS Bremensis; ideoquæ HERIMANNI Colonensis Archiepiscopi conatus subjiciendi sibi Bremam leviter tetigisse contentus, mox totum negotium ita terminatum scribit (o): „*Collecta, igitur apud TRIBURIAM Synodo, HADONE Moguntino præidente, cassata sunt Apostolicae Sedis privilegia, & glorioforum Principum annullata sunt præcepta, consentientibus inquis decretis FORMOSO Papa & ARNULFO Rege. Deinde facta subscriptione ADAL-*

„GA-

(m) In Conciliorum Germanicæ Tom. II. pag. 385.

(n) Id ipsum observavit etiam ECKHARTUS de rebus Franciæ orientalis. Tom. II. Lib. 31. n. 397. p. 723.

(o) Cap. 41. n. 12.

„GARIUS Archiepiscopus in caudâ Concilii positus est. Fabula gran-
„dis de ADOLINO & WIDGERO, qui disceptantes, ad specula Sy-
„nodum traxerunt. Tragædia lugubris, WIDGERUM nostræ partis
„ictum & postero die mortuum. Et amplius sub ADALGARIO &
„LOGERO omni tempore Brema Colonice sancta est Suffraganea. An-
„no deinde secundo FORMOSUS Papa obiit, quarto vero post AR-
„NULFUS Imperator, vivens a verinibus consumitus, veneno extinctus
„est“. Hæc ex amaro hominis, Ecclesiæ suæ causam æstu-
inimoderato perorantis, animo & calamo profluxisse nemo
non videt. Nulla hæc tenus Apostolicæ Sedis privilegia, nul-
la Principum præcepta in medium allata vidimus, quibus
plena Bremensis Ecclesiæ exemptio à jurisdictione Metro-
politani Coloniensis probaretur. Quinimò in superioribus
demonstratum est, REMBERTUM Drogoni Mindensi vices suas
in Synodo Provinciali Coloniensi commississe, ipsumque præ-
side THEODERICO Mindensi, Archiepiscopi Coloniensis Suffra-
ganeo, electum fuisse: Quæ certa perseverantis erga Me-
tropolitanum subordinationis indicia sunt.

Nec est, cur Historicus Bremensis Archiepiscopum suum
in caudâ Concilii Triburiensis positum queratur: siquidem post
trium Archiepiscoporum Moguntini, Coloniensis & Trevi-
rensis, ac aliorum decem Episcoporum subscriptionem sequi-
tur: Adalgaricus Bremensis Episcopus; post quem deinde adhuc
alii octo Episcopi subscripti cernuntur. Neque alias aut ho-
noratior ordo subscribendi observatus fuit in Synodo Natio-
nali Forchemensi jam anteâ anno DCCCXC, celebratâ (p),
in quâ confirmationi foundationis Monasterii Herisensis pri-
mo duorum Archiepiscoporum & sex Episcoporum, deinde
ADALGARIUS Episcopi, & tertio iterum septem Episcoporum
nomina subscripta leguntur. Nisi quis suspicari velit, ADAL-
GARIUM, qui tamen constitutioni Synodali in Concilio Mogun-
tino anno DCCCLXXXVIII. in favorem Corbejensis & He-
rifordensis Monasteriorum editæ (q) post sex Archiepisco-
pos,

(p) Extat apud SCHATEN in Annalibus Paderbornensibus, Parte I. ad an-
num 850.

(q) Apud eundem SCHATEN in Annal. ad annum 888. Ex quâ utramque
descripsit HARTZHEIM in Conciliorum germanicæ. Tom. II.

pos, & ante alios, solo Halberstadiensi excepto, Episcopos
tredecim, tamenquam Ecclesiae Hammaburgensis Archiepiscopus sub-
scripsferat, ideo in Synodo Forchenenſi memoratū alios inter
Episcopos collocatum, & titulo *Bremensis Episcopi* fulle sub-
scriptum, quod Archiepiscopus Coloniensis controverſiā jam
tum anno DCCCXC. contra Bremensem inchoatā, honora-
tiorem ei locum concedere detrectaverit.

Scimus summum Pontificem FORMOSUM anno DCCCX-
CVI. defunctum. Scimus etiam Historicos quosdam (r) tra-
dere, ARNULPHUM Imperatorem anno DCCCXCIVIII. à ver-
mibus consumptum, aut veneno extinctum fuisse; sed quod
velut in pœnam consensūs iniquis decretis præstiti hoc mor-
tis genere interierit, solus temerè nimis & ad invidiam Im-
peratoris injurius scriptit ADAMUS. Cæterum existimat ECK-
HARTUS (s) hanc controverſiam jam ante celebrem Synodum
Triburensem anno DCCCXCV. celebratam (t) fuisse decifam,
& quidem in Synodo Francofurtensi, qua non alio, quam se-
cundo supra octingentelimum nonageſimum anno, cum ibi
ARNULFUS Rex alia quoque regni negotia gravia cum pro-
ceribus expenderet, celebrari potuerit. ADAMUM autem Bre-
mensem & ALBERTUM Stadensem, ejus excerptorem, cum præ-
ter dictam Synodum Triburensem aliam non noſſent, &
FORMOSI Papæ reſcriptum non perpendiſſent, putavisse ea,
quaे Francofurti acta fuit, Triburiis facta fuisse. Hanc ECK-
HARTI opinionem amplectitur etiam HARTZHEMIUS (u). Ve-
rū celebrationi Concilii Francofurtensis etiam hoc anno
DCCCXCII. obſtitile videntur atq[ue] oiores Nortmannorum
graffationes, qui *Mosam transeuntes, Ribuariorum pagum ingressi,*
pervenerunt usque BONNAM. Inde p[ro]gressi Monasterium Pru-
mense

(r) Hos excerptit Burcard. Gotthelf. STRUVIUS in corpore Historiæ ger-
manicæ Periodo quartâ. Sect. VIII. §. VI.

(s) Ante cit. Lib. XXXII. n. VII. pag. 735.

(t) Apud HARDUINUM Concil. Tom. VI. Col. 435.

(u) In Cœciliorum germanicæ. Tom. II. pag. 385.

niense devastarunt, ac denique in Arduennā innumerām hominum multitudinem trucidarunt (w). Vero igitur nobis similius viderit, Synodum Francofurtensem coactam fuisse anno sequente DCCCXCIII. ad quem REGINO Prumiensis Scribit: „Arnolphus Bajoarium egressus, Franckfurt venit, & Rhenum transiens, civitates, quae in Regno Lotharii sunt, ex maximā parte circumvivit: in quo itinere ingentia dona illi ab Episcopis oblata sunt.

§. XXI.

Deciso Synodi à Formoso summo Pontifice confirmata.

Causæ controversæ decisionem in Synodo sive Francofurtensi, sive Triburienti factam roboravit demum summū Pontificis sententia, quam hic integrā describere necessariam duximus. „FORMOSUS Episcopus servus servorum Dei Reverendissimo & Sacissimo Fratri ADALGARIO Archiepiscopo Ham-maburgensi. Arborebamur tuam Sanctioniam, prout injundū fuerat, ad Apostolica: Sedēp festinare (x), quatenus disceptatio, quae inter te & HERMANUM Agrippinæ Coloniæ Reverendissimum Archiepiscopum ventilatur de BREMENSI ECCLESIA, finem perciperet, sed quia eo per suos Vicarios insidente & querimoniam multiplicante, cur tuam non exhibueris presentiam, saltem per defensorem vicarium, non modicum miramur. In quo suspicare tribuitur summopere, contentionem non odire, qui iudicii aequitatem con-natur subterfugere: præsertim cum & MOGUNTIAE sanctissimus Archiepiscopus, cui de hac re ut veritatem inquireret per confratres & conlimitaneos Episcopos, injundū fuerat, ad nos scribens signis caverit, quatenus venientibus Reverendissimis Episcopis ad FRANCENFORD (y), de hac eadem re diligentissima facta fuerit inquisitione, omnesque Diæcœsanī ejusdem Coloniensis Archiepiscopi, FRANCHO videlicet Tungrensis, VOLDEBALDUS Traiectensis, Wo-

„FEL-

(w) REGINO Prumiensis & ANNALISTA Metensis ad annum notatum.

(x) Romam ergo à FORMOSO citatus fuerat Archiepiscopus Hamburgensis.

(y) Ergo & Moguntinus ad congregandam Francofurti Synodum per FORMOSI Epistolam jussus erat.

„FELMUS Minigardevordensis, DRUOGO Mimidonensis, EGILMARUS
 „Osnaburgensis sub testificationis praetextu testificati sunt, usque ad
 „TE NULLUM BREMENSIS ECCLESIAE PRÆSULEM MODUM SUBJEC-
 „TIONIS COLONIENSI ANTISTITI CONTEMPSISSE (z), sed semper
 „decessores tuos qui eidem BREMENSI Ecclesiæ præsuerunt, à tem-
 „poribus suæ christianitatis Sedi Colonensi fuisse subjectos. Verum
 „quia tantorum virorum testimonium frustrari non expedit, & ad
 „statutum veniendi tempus festinare vel delegare Vicarium distulisti,
 „tanti temporis querimoniam ac legatorum constantem instantiam ni-
 „hili pendere inhumanum videbatur: Quapropter artati hic, ne
 „COLONIENSIS Ecclesia justitiam perderet, inde ne HAMMABURGEN-
 „SIS Ecclesia, quæ ad gentium vocationem instituta fuerat, subdio
 „desstituta desiceret; DISPENSATIVE CENSUIMUS, QUATENUS QUOAD-
 „USQUE DIVINA SUFFRAGANTE GRATIA PRÆLIBATA HAMMABUR-
 „GENSIS ECCLESIA IN TANTUM DILATETUR, UT EPISCOPUM IN-
 „STITUERE VALEAT, jam memoratam BREMENSEM Ecclesiam ad
 „subsidium habeat, & quoties in magnis & pernecessariis canonicis
 „negotiis oportuerit, non subjectione aliqua (a), sed affectu fraternæ
 „caritatis Hammaburgensis Archiepiscopus, qui ejusdem Bremensis
 „Ecclesiæ regimen obtinet, per se aut vicarium, suam vicem geren-
 „tem, in adjutorium Colonensis Archiepiscopi invitatus accedat. Di-
 „latata autem Hammaburgensi Ecclesia, largitore bonorum omnium
 „amminiculante & fundatis Episcopis sèpè memorata Coloniæ Se-
 „des Bremensem recipiat Ecclesiam. Inhumanum quippe est inter
 „seculares aliena jura pervadere: quanto magis sanctissimos Episco-
 „pos statutos à Patribus transgredi terminos, & eos litigare, qui
 „pacis debent subditis exempla præbere. Hæc autem ad hoc decre-
 „ta est dispensatio, ut pax vigeat, cesset contentio & justitiae rigo-
 „remi misericordia compassio temperet, scientes sine pacis bono nul-
 „lum

(z) Hoc subjectionis modo, ceu signo quodam recognitionis preeminen-
tiae Metropoliticæ ab Ecclesiâ Bremensi exhibito, salva manebant Archi-
episcopalis Ecclesiæ Hamburgensis privilegia.

(a) Discreta ergo fuit sententia moderatio, ne unus Archiepiscopus in
alium Episcopum jurisdictionem exercere, & aliquam Primatis
speciem habere videretur.

,,tum Deo munus fore acceptabile (b)“. Ob defectum characterum chronologicorum nemo quidem certo determinabit annum, quo haec Pontificis confirmatio vel Epistola data fuit, eam tamen post Synodi Francofurti celebratae decisionem fuisse datam dubitari nequit.

§. XXII.

*Habitus Ecclesiae Bremensis erga Colonensem ab anno
DCCCXCIII. ad DCCCCXV.*

Ecclesiæ Bremensis splendorem prædicto Synodali & Pontificio decreto quodam modo obscuratum fuisse credens & dolens ADAMUS, sequenti historiæ suæ contextui hinc & inde animadversiones quasdam adfuit, quibus insinuare subobscurè saltem fatagit, FORMOSI sententiam vel à posterioribus fuisse Pontificibus infirmatam, vel à Bremensibus Episcopis neglectam. Hujusmodi inprimis est, quod de Romano Pontifice SERGIO scribit (c): „*Sergius Papa, qui ferè totidem annos septimus à Formoso, calumnias ADALGARI miseratus, privilegia Bremensis Ecclesiae renovavit, & omnia quæ à Gregorio & Nicolao decessoribus suis, Ansgario & Rimberto concessa sunt, roboravit*“. Quibus verbis mirum est, moveri potuisse ECKHARTUM (d) & Franciscum Pagium (e), ut crederent, Sergium Formosi decretum rescidisse. Verum ne ipse quidem ADAMUS, quamvis ad manum sibi esse privilegia Sergii Papæ dicat, hanc decreti rescissionem adstruere, aut privilegia decreto FORMOSI contraria producere ansus fuit. Non Bremensi, sed Hamburgenſi Ecclesiæ à Gregorio & Nicolao privilegia con-

(b) Exstat apud LAMBECIUM in Chronologia & Auctario rerum Hamburgenſium, apud LINDENBROGI Scriptoris rerum septentrionalium, pag. 120. & apud HARTZHEMIUM in Conciliorum germanicarum. T. II. p. 385.

(c) Cap. 42. pag. 13.

(d) In Commentario de rebus Francicæ orientalis. T. II. Lib. XXXIII. num. 9. pag. 828.

(e) In Breviatio historico-chronologico-critico Pontificum Romanorum, Tom. II. In gestis SERGII. pag. 197.

concessa novimus, quomodo ergo *Bremensis Ecclesiæ* privilegia Sergius renovare potuit? Roborarit Sergius omnia *Hamburgensis Ecclesiæ* privilegia Ansgario & Remberto olim à Pontificibus concessa; at illa uti non impugnavit Coloniensis Archiepiscopus HERMANNUS, ita neque decreto suo abrogavit Papa Formosus. Salvis manentibus Hamburgensis Ecclesiæ privilegiis de modo subjectionis ab Archiepiscopis Hamburgensis, qui simul Bremerensis Ecclesiæ regimen haberent, quoadusque ambarum Ecclesiarum unio ob necessitatem ad tempus indulta duraret, Metropolitis Colonensis, intuitu Bremerensis Ecclesiæ præstando quæstio erat. Hunc si abrogasset SERGIUS, clarius locuturus fuisset Adamus. Hunc si abrogasset Sergius, utique proximus Adalgarii anno DC-CCCIX. defuncti in Hamburgensi & Bremeri sede Successor HOGERUS consecrationem ab Archiepiscopo Colonensi suscepturnus, atque hac ratione eidem aliquem subjectionis modum exhibitus non fuisset. Addit quidem, quod alterum subdolæ animadversionis punctum est, Adamus (*f*), quod Hogerus per contentionem ordinatus est à Colonensi; sed si verum hoc esse, credere etiam vellemus ADAMO, ex proprio tamen ipsius testimonio hoc saltem elucet, colonensem nequaquam cessisse Hogero, decretum Formosi per privilegium Sergii cassatum fuisse, fortè contendenti. Quominus autem fidem adhibeamus Adamo, prohibent ipsius Adami verba superius recitata, cum enim decreti *Triburensis*, Formosi Papæ autoritate confirmati, mentionem fecisset, mox ipse profitetur: *Et amplius sub Adalgaro & Hogero omni tempore, Brema Coloniæ facta est Suffraganea.*

Attenta hac Adami confessione, nescimus, quomodo PETRUS LAMBECIUS (*g*) afferere potuerit, Sergium III. missio ad Hogerum Pallio, abrogationem sententiae, contra Hamburgensis Archiepiscopi ADALGARII jus in Ecclesiam Bremensem, Pontificum

Gre-

(f) Cap. 43. pag. 13.

(g) In chronolog' & Auctario. cit. pag. 11. Item in originibus Hamburgensis. pag. 9.

*privile.
a Ham-
olim à
lonien-
o abro-
lis Ec-
s Ham-
berent,
tem ad
intuitu
si ab-
Hunc
io DC.
Success-
ni sus-
is mo-
alterum
, quod
si ve-
proprio
em ne-
rivilegi-
nos au-
ni ver-
Formosi
ox ipse
tempore
odo Pr-
siffo ad
burghen-
stificum
rit-
os Ham-*

Gregorii IV. & Nicolai I. privilegiis communatum, in Concilio Triburensi cum consensu Pontificis Formosi A. Æ. C. 895. promulgatæ confirmasse, aut quomodo assertionem hanc suam in ea, quod allegat, Sergii privilegio fundare potuerit. Profectò adductum ab eo privilegium, totum quantum est, nihil omnino aliud est, quam communis formula Rescripti Pontificii, quod mitti solebat ad Episcopos, quibus Pallium concedebatur: Usum autem Pallii Colonensis Archiepiscopus nunquam disputavit Hamburgensi.

§. XXIII.

*Habitus Ecclesiae Bremensis erga Colonensem ab anno
DCCCCXV. ad DCCCCLIV.*

Quemadmodum Hogerum ab Archiepiscopo Colonensi ordinatum vidimus, ita & REGINWARDUM Hogeri, anno DCCCXV. defuncti, successorem, atque etiam UNNONEM, Reginwardo, post expletum Episcopatus annum vix unum mortuo, suffectum, à Colonienli consecratos fuisse existimamus. Licet enim ADAMUS Bremenensis (*h*) de ADALDAGO, anno DCC-
CCXXXVI Hamburgensi Archiepiscopo constituto, scribat, *Manus impositionem, sicut prædeceßores ejus, à Moguntino Præfule suscepit;* Vix tamen pertuadere nobis possumus, Hermannum Colonensem Archiepiscopum, qui usque ad annum DCCCCXXV. supervixit, jure suo tantis laboribus evicto, atque in ordinatione Hogeri exercito cessisse, & alterius provinciæ Metropolitano consecrationem Reginwardi & Unnonis, neglecto Synodi Francofurtensis & Formosi Papæ decreto, permisisse. Nisi conjecturare quis velit, illos idè à Moguntino, non autem à Colonensi, manus impositionem accepisse, quod CAROLUS simplex Francorum Rex, Lotharingia Regnum, cui Colonia Metropolis subjecta erat, ab anno DCCCCXII (*i*) teneret: prædicti autem Hamburgenses

& (m)

(*h*) Lib. II. Cap. 51. pag. 15.

(*i*) ANNALISTA SANO in ECCLESIA corpore historico mediæ revi. Cul. 240.

& Brēmenis Episcopi à CONRADO germaniae Rege, qui Lo-thariense Regnum Carolo eripere (*k*) frustrà conatus fuerat, prohibiti fuerint, ab alterius Regni Metropolitano consecrationem obtinere. Quidquid horum sit, certum est, BRUNO-NEM Archiepiscopum Coloniensem, qui WICHFRIDO anno D-CCCCLIII. subrogatus fuit *l*, Ecclesie sue juribus invigilasse, eaque contra Adaldagum suprà memoratum, strenue vindicasse: quamvis hic iam anno DCCCCXLVIII. iudicione VI. IV. nonas Januarii ab AGAPITO II. Papà (*m*) Archiepisco-patum Hammaburgensis Ecclesiæ totum integrum — cum Episcopis Danorum, Norvenorum, Suevorum, nec non omnium septentrionalium partium — confirmatum, Pallium quoque & ejus usum — ad hæc etiam, ut nullus Archiepiscoporum vel Coloniensis, vel alius quilibet in sua Diœcesi ullam sibi vendicaret potestatem — Juxta Nicolai Papæ Sanctionem & Regis Ludovici votum, insuper & hoc, ut prædictæ Diœceses Hamburgensis scilicet & Bremensis non deinceps ducæ, sed una esset & vocaretur, obtinueret; quamvis etiam in Concilio Engilenheimensi anno DCCCCXLVIII. celebrato (*n*), illi qua Hamburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo post Archiepiscopos ibi præsentes locus ultimus, sed tamen ante omnes alias Episcopos primus concessus fuisset.

Justissimam autem Ecclesiæ sue jura in Diœcesim Bre-menensem vindicandi causam BRUNO Colonensis Archiepisco-pus ex ipso Formosi decreto sèpè laudato derivabat. Postquam enim frater ejus OTTO Rex anno DCCCCXLVIII. transgressus terminos Danorum, apud SLIASWIG olim positor, ser-

ro

(*k*) CHRONICON S. GALLI apud du CHESNE Scriptor. rerum Francicarum. Tom. III. pag. 470.

(*l*) FRODOARDUS in chronico, inter PITHOETI Scriptores. pag. 186. Et RE-GINONIS Prumensis CONTINUATOR apud PISTORII Scriptores rerum germanicarum. Tom. I.

(*m*) Apud HARTZHEIM in Conciliorum germanicæ. Tom. II. pag. 619. qui tamen in hoc errat, quod AGAPITI II. anno 946. electi annum V. cum iudicione sextæ concurrere dicat.

(*n*) Apud HARDWINUM in Conciliorum. T. V. in Praefatione. Col. 604.

ro & igne totam vastasset regionem, usque ad mare novissimum, quod à Danis Nordmannos dirimit; & usque in præsentem diem à victoria Regis OTTINSUNT dicitur, & superatus HAROLDUS Danicæ Rex fidem christianam professus esset; eo tempore Dania cismarina, quam JUTLANT incolæ appellant, in tres divisa. Episcopatus, Hammaburgensi Episcopatui est subiecta; ordinatique ab Adaldagno fuerunt Episcopi tres, SLESVICENSIS scilicet, ROPENSI & Arhusensis (o). Impleta igitur erat conditio in decreto Formosi Papæ posita, quâ dilatata Hammaburgensi Ecclesiæ fundatisque Episcopiis, Coloniae Sedes Bremensem recipere deberet Ecclesiæ. Quâ autem ratione eam repetierit, non receperit BRUNO, Bremensis historicus ipse narrat his verbis (p): „Igitur post hæc Coloniensis Archiepiscopus Bruno videns jam Hammaburg nostram divina opitulaute gratid. Suffraganeos habere, veterem de Brema, sicut in scriniis Ecclesiæ nostræ invenimus, instauravit querelam, sperans se, quæ voluit, èd facilius adepturum, quod silius (uno frater) erat Ottonis Regis. Sed dum frustra omnibus modis laborasset, nec Papæ Concilium, nec Patris (uno fratri) mernit habere auxilium. Ita vir nobilis atque sapiens auctoritate Pontificis Adalagi facile superatus, in nostræ gratiam Ecclesiæ cum digna satisfactione rediit, prædicans Hammaburgensem Ecclesiæ, quæ in tanto gentilium periculo constituta sit, non debere lœdi ab aliquo, verum dignam esse, quæ omni consolationis amore soveatur & celebretur ab omnibus ubique Ecclesiæ. Adhuc postterris in memoria est, quendam ERE diaconum Pontificis Adalagi, quia fideliter ei adfiterit in præfata contentione, Ferdeni ab Regie Episcopatu donatum“. Cum prisca, quæ revocationem ecclesiæ Bremensis ad Metropolim Coloniensem concernunt, quæque in Scriniis Ecclesiæ Bremensis inveniri testatur. ADAMUS, documenta non supersint; incertum manet, an & quibus ex rationibus à causæ persecutione destiterit Archiepiscopus Coloniensis.

§. XXIV.

(o) ADAMUS Bremensis in Histor. lib. II. Cap. II. alijs 51. pag. 16. Alii que à STRUVIO in corpore Historiae germanicæ periodo quintū. Sect. II. §. XVIII. citati.

(p) Ibidem Cap. III.

§. XXIV.

*Ultimæ subtractionis Ecclesiæ Bremensis à Colonensi
tempus & causæ.*

Quām pauca post Archiepiscopi Colonensis BRUNONIS obitum nobis monumenta restant, ex quibus Ecclesiæ Bremensis erga Colonensem hábitum clarè dignoscere liceat; at aliqua tamen adhuc vestigia reperimus, è quibus colligimus, nondum seculo undecimo Ecclesiam Bremensem omnem subjectionis modum Colonensi subtraxisse. Hoc ut credamus, movet nos in primis id, quod de BEZELINO, anno MXXXVI. Hamburgensem Archiepiscopatum adepto, de quo Adamus Bremensis (*q*) tantum dixit: *Et hunc nobis Ecclesia præstitit Colonensis, expressius affirmat Hermannus CORNERUS* (*r*): „*Hunc „virum omni virtute decoratum præfecit Ecclesia Hammaburgensi „Archiepiscopus Colonensis*“. Movet deinde illud, quod de ADALBERTO, qui anno XLIII. Archiepiscopus Hamburgensis creatus est, jam dictus Bremensis Canonicus testatur (*s*): „*Ordinatio ejus facta est Aquisgrani, cajare præsente, cum Principibus, astantibus etiam XII. Episcopis, & manum imponentibus*“. Cum ergo Aquisgrani in loco metropoli Colonensi subiecto facta sit Adalberti ordinatio, dubitare non possumus, quin præcipuas in ea ordinatione partes habuerit Metropolitanas coloniensis maximè ob jus in Ecclesiam Bremensem tunc nondum extinctum. Atque hunc ADALBERTUM primum fuisse, qui efficerit, ut in suam dignitatem Bremensis (ita legendum, loco Hamburgensis) rediret ecclesia, metropolitano jure adversus coloniense gavisa, ex KRANTZII Metropoli observat Henschenius (*t*). Hanc observationem à vero non esse alienam

eo

(*q*) Lib. II. cap. LI. alias 103. pag. 30.

(*r*) In Chronico inedito apud Leibnitti Scriptores rerum Brunswic. Tom. II. pag. 445.

(*s*) Lib. III. cap. I. alias 118. pag. 33.

(*t*) In Commentario prævio ad vitam S. Anfcharii §. II. n. 10. pag. 393.

eo facilius admittimus, dum ambitiosam **ADALBERTI** ab ejus Familiari coloribus sat vivis depicti indolem, quā multo studio in Hammaburg Patriarchatum constitueret, suoque Archiepiscopatui XII. Episcopatus subjicere molitus est (u) consideramus.

Cæterū poterant etiam Archiepiscopis Hamburgensibus, quominus inattentā Parochiæ Hamburgensis dilatatione, novorumque Episcopatum fundatione, Bremensem Ecclesiam Colonensi restituerent, infœctæ devastationes Slavicæ vel aliquem suppeditare prætextum, vel justam etiam subministrare causam. Siquidem A. Anno DCCCCLXXXIII. Misericordia obotitorum Dux Hamanburg, ubi Sedes Episcopalis quondam fuit, incendit & vastavit (w). B. Anno MXVIII. Mizzidrog & Mistrowoi ducibus Slavi rebellantes totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati sunt. Beinde reliquam peragrantes Slavaniam omnes ecclesiæ incenderunt . . . nullum trans Albiam christianitatis vestigium reliquerunt. Apud Hamaburg eo tempore ac deinceps multi ex clero & civibus in captivitatem ducti sunt &c. (x). C. Anno MLXVI. Slavi totam Hammenburgensem provinciam ferro & igne demoliti sunt . . . Castrum Hammenburg funditus excisum est (y). D. Anno MLXXII. Hammaburg incensa & bis vastata est. Paganii victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in suā ditione (z). In his devastationum Slavicarum pressuris, cum Hamburgenses Archiepiscopi in suā sede tuti consistere non possent, ipsi Bremæ refugium quærere, Archiepiscopi autem

Colo-

(u) Adamus Bremensis lib. III. cap. XXXIV. aliis 150. pag. 41.

(w) Ditmarus Merseburgensis in Chronicō Lib. III. apud Leibnitii Scriptores Tom. I. pag. 345.

(x) Adamus Bremensis Lib. II. cap. XXX. aliis 83. pag. 24.

(y) Helmoldus in Chronicis Slavorum Lib. I. cap. XXIV. apud Leibnitii Scriptores Tom. II. pag. 558.

(z) Adamus Bremensis Lib. IV. cap. XXXI. aliis 189. pag. 51. Has devastationes collegit etiam Grupen in originibus Germaniæ. 2ter Theiss. Observat. I. Cap. VI. & VII.

■ ■ ■ ■ ■

Colonenses urgente jam ipsâ necessitate suo in Bremensem Suffraganeam Juri cedere coacti sunt. Atque ita „vastatio illa „maximiè ultima honoris & tituli Archiepiscopalis transferendi „causam præbuit. Postquam enim duplice illa & omnium gravissi- „mâ vastatione, quam anno millesimo septuagesimo secundo accidisse „diximus, urbs Hamburgensis planè ad nihilum redacta est, exinde „primum, quasi jam illi toties & tam vehementer desolatæ colligen- „di se ex tantâ miseria spes nulla supereisset, BREMA ARCHIEPIS- „COPALIS tituli usum arripuit: non statim tamen eo processit, ut „Hamburgum eo honore, quem immenso temporis spatio jure obti- „nuerat, omnino excluderet; sed aliquamdiu etiam Archiepiscopi „promiscue nunc Hamburgenses, nunc Bremenses cognominati sunt (a)“. Solum tamen Archiepiscopi Bremensis titulum mox post sae- culi decimi tertii initium invaluisse. diplomata Historiae ADA- mi Bremensis adjuncta demonstrant.

(a) Verba sunt Lambertii in originibus Hamburgensibus apud Lindenbro-
gii Scriptores. pag. 21,



THESES

THESES HISTORICA

- I. Coloniensis Episcopatus origo non prius quam sub S. culi quarti initium quærenda est.
- II. Archiepiscopatus autem praeminentiam Ecclesiæ coloniensi non diu post annum 774. accesside existimamus.
- III. Ex eo, quod in Concilio Francofurtensi anno 794. Hildegaldus Coloniensis ~~taream~~ appelletur *Episcopus*, non bene inferant *Pagi* & alii, Coloniam hoc anno nondum fuisse metropolim Ecclesiasticam.
- IV. Quamvis Colonia anno 745. metropolis declarata, ad eamque S. Bonifaciu jam destinatus fuerit, is tamen in serie Archiepiscoporum nostrorum non est collocandus.
- V. Ad illustrandum cap. I. de Renuntiatione, in 6. vetus Auctor ita Tatur: „Datur autem certum Exemplum de Cyriaco P^o de quo legitur, quod cum Ursula & XI. milibar Virgi tyrizatus est: scribitur enim de ipso, quod sibi quoniam elevatum est, quod esset cum illis Virginibus palman martyrii recepturus. Tunc congregatis clero & Cardinalibus, omnibus invitis: & præcipue Cardinalibus: coram ipsis renuntiavit dignitati & officio. Sed iste Cyriacus in catalogo Romanorum Pontificum non denominatur: quod creditum fuit per cardinales, quod non propter devotionem, sed propter oblectamenta virginum Papatum dimisisset“. Non certum exemplum est hoc, sed putidum commentum. Quod mirum est, à S. Antonino in Histor. Parte 3. tit. 23. n. 2. referri, & adhuc à Flaminio Parisio de Resignat. lib. II. qu. 1. n. 14. adoptari potuisse.
- VI. Concilium Agrippinense de anno 346. in quo Euphrates Coloniensis Episcopus depositus fuisse traditur, etiam in hypothesi Sardicense Concilium ad annum 344. retrahente, contra Grandidierum & recentiores Hagiographos Antwerpenses ut commentitium rejicimus.

od Episcopi Regni Lotharingie anno 862. In
granensi sententiam divortii jater Lotharium
ue conjugem Thietbergam pronunciariint, non
judicasse, matrimonii vinculum solvi posse
erum.

III. Assertiones duæ in Cap. Venerabilem. 34. de Electione &
Eredi potestate adstricte; quod jus & potestas eligendi Regem
germanie ab Apostolicâ Sede ad Principes Electores pervenerit,—
illaque Romanum Imperium in personam magnifici Caroli à græ-
cis transtulerit in Germanie. nullum in historiâ fundamentum
habent.

IX. Synodus Romanam, quæ in Canone, Hadrianus 22. Di-
stinct. LXIII. anno 774. celebrata dicitur, ceu fictitiam re-
jicimus.

X. Ita etiam privilegium, quod Leo VIII. Ottoni Imperatori
anno 963. in Canone, in Synodo. 23. Distinct. tit. concessisse
traditur, commentitium est.

XI. Jus coronandi Ottонem I. Germaniae Regem Aquisgrani
anno 936. Archiepiscopus Trevirensis cor Colonensem
male deducebat ex eo, quod Trevirensis Sedes es-
set, & à B. Petro Apostolo fundata.

XII. Ex eo, quod Pipinus Francorum Rex anno 752. à S.
Bonifacio Moguntino in Regem unctus fuerit, ineptè Ma-
rianus Scotus insert, quod ob id, post Papam secundus
Archiepiscopus Moguntinus.

XIII. Si vera sit narratio Lamberti Schaffnaburgensis, Archie-
piscopum Colonensem ad hoc, ut Henricum IV. anno 1054.
Aquisgrani Regem consecraret, vix & ægrè consensum Ar-
chiepiscopi Moguntini impetrâsse, eò quod ad hunc propter Pri-
matum Moguntiae Sedis; consecratio Regis pertineret; prætentio
Moguntini nullatenus erat fundata.

anno 852. in
ec Letherine
clarint, non
i solvi posse

Eleffione &
figredi Regn
Parvici. —
C. 6. i gra
undamentum

latus 22. D
licitum re

Imperio
concessio

Antiqui
colonie
Salaris

752. 1. S
ineq. 1. M
indus

Archae
anno 1554
genuin
propter Po
risteauio



